Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Marcus Tullius Cicero Johann Joachim Ungnad

M. Tulii Ciceronis Epistolae Selectae, Cum Plinianis Infra Subiunctis Nova Arte Nativa Tamen, Multoque Commodiore Enucleatae, Cura Jo. Joachimi Ungnad, Seehusa-Palaeo-March.

Editio Secunda, Lipsiae: Wratislaviae: Hubertus, 1741


http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn81730147X

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

August

Cd_3114
C. II e.
C. II. e. 3129.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn81730147X/phys_0002
DFG



No. 10.

M. TVLLII CICERONIS

EPISTOLÆ SELECTÆ,

CUM

PLINIANIS

INFRA SUBJUNCTIS,

NOVA ARTE

NATIVA TAMEN, MULTOQUE COMMODIORE

ENUCLEATÆ,

CURA

JO. JOACHIMI Ungnad,

SEEHUSA-PALÆO-MARCH.

EDITIO SECUNDA.

LIPSIÆ & WRATISLAVIÆ,
APUD MICHAELEM HUBERTUM,
1741.



JO. JOACHIMUS Hugnad
LECTORI S.

NOn sine affectu accepi, L. B. methodum qualemcunque nostram in enucleando Cornelio Nepote vel aliqua ex parte probari orbi litterato. Ego quidem affirmare Tibi possum, quidquid hoc ingenii artis novæ est nostræ, in informanda juventute latinitatis terſæ studioſa non minus fructus, quam jucunditatis plenum memet animadvertisse. Quibus rebus factum est, ut instituto huic instare itineri, & pari modo in usum generoſæ juventutis singulos optimæ notæ ſcriptores Latii in mentem mihi venerit

nerit adornare. Hoc consilio EPISTOLAS quasdam M. T. CICERONIS, nec non C. PLINII Cæcilii Secundi SELECTAS experiri visum est; quas quidem ea, qua C. Nepotem, methodo concinnatas in præsenti Tibi reddo. Enimvero sunt eædem illæ, quæ in usum incipientis & proficientis juventutis Marchicæ selectæ jam pridem Berolini in lucem prodierunt. Neque vero nego, me auctorum istius editionis annotationibus passim usum esse, ubi nihil illis limatius suppetebat. Quod quidem pace illorum, qua sunt humanitate, conatum me velim. Reliquum est, ut vel in hoc opusculo methodi nostræ causſam adseramus. Primum quod ad Familiarium ordinem attinet, omnes illuc dictiones Ciceronis Pliniique retulimus, quæ sunt vel epistolares eorum, vel connectendi, vel aliæ id genus, quas assiduo in usu habent. Neque vero est, quod initam hanc rationem nostram in dubium voces, eo, quod de dictionibus nonnullis, familiaribus tamen, bina tantum,

tum, vel terna exempla a nobis allegata vides. Vides enim, selectas tantum has esse epistolas de corpore quodam majore; quod si perlustrare Tibi libitum fuerit, apparebit, crede mihi, jure nostro familiaribus Ciceronis Pliniique illas atque illas nos adscripsisse. Deinde in Mediarum dictionum ordine operam dedimus omnem, ut, quidquid est Ciceroni Plinioque elegantiæ & puritatis sermonis Latini, quidquid formularum leporumque epistolarium, omne illud non solum pulchre proderetur, verum etiam pro patriæ linguæ nostræ genio expressum fieret. Postremo inter Singularia recensuimus, quæ vel abeunt a Grammatica, vel Archaismum sapiunt aut Græcismum, vel denique extra ordinem, ususque sunt rarioris. Hæc sunt, L.B., quæ non ignorare tua hic intererat. Interim vale, & Orationes Ciceronis selectas, in nonnullas Dodecades dispertitas, cum primum exspecta.

PRÆ-

PRÆMONITA
AD
LECTOREM.

I. In allegationibus noſtris prior numerus *librum*, poſterior *epiſtolam* deſignat.

II. Litteræ *Ff.* per compendium denotant *Familiares* dictiones, *Mm. Medias*, & *Ss. Singulares.*

III. Suo quodvis allegatum loco, h. e. eadem, qua allegatur, claſſe quærendum eſt, e. g. ſi qua dictio in *Singularium* ordine citetur, citato ea loco, i. e. eadem, non in *Familiarium* aut *Mediarum*, claſſe, & vice verſa, quærenda eſt.

IV. Si allegatio a nobis fit C. Nepotis, noſtram, non alienam, hujus auctoris editionem indigitari intelligas velim. Quo nomine *noſtrum* appellavimus.

M. Tul-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn81730147X/phys_0010
DFG

M. Tullii CICERONIS
Epistolarum Selectarum
Lib. I.

Epist. I. (Lib. XIV. ep. 17. ad fam.)
M. T. C. Terentiæ suæ S. D.

Si quid haberem, quod ad te scriberem, facerem id & pluribus verbis, & sæpius. Nunc quæ sunt negotia, vides. Ego autem quomodo sim affectus, ex Lepta & Trebatio poteris cognoscere. Tu fac, ut tuam & Tulliæ valetudinem cures. Vale.

DICTIONES Epist. I.

I. *Familiares.*

Fac, ut cures, pro: cura. Familiarissima Ciceroni hæc locutio epistolaris est: *facere, ut*, eleganter connectens. v. I. 3. I. 5. I. 9. I. 13. I. 24. I. 26. I. 28. II. 9. II. 11. (II. 18.) II. 22. (II. 25.) II. 29. &c. Huc pertinent parallelæ: *efficere, ut - perficere, ut - laborare, ut - operam dare, ut - curare, ut - committere, ut -* &c. conf. C. Nepos noster in Milt. II. 3. Quibus rebus *fiebat, ut.*

II. *Mediæ.*

Si *quid.* Elegantius, pro: si *aliquid.*

haberem, quod scriberem. Elegans. Latinismus, pro: haberem scribere, zu schreiben hätte. v. II. 2. II. 9. conf. C. Nepos noster in Cim. IV. 2.

pluribus verbis scribere, weitläufftig schreiben.

quæ sunt negotia? was sind für Händel (Veränderungen?) v. II. 2.

quomodo es affectus? wie bist du in deinem Gemüthe beschaffen? wie ist dir zu Muthe?

valetudinem suam curare, für sein Wohlseyn sorgen, bedacht seyn.

III. *Singulares.* *

Epist. II. (Lib. XIV. ep. 9. ad fam.) Cic.

M. T. C. Terentiæ S. P. D.

AD ceteras meas miserias accessit dolor e Dolabellæ valetudine & Tulliæ. Omnino de omnibus rebus, nec quid consilii capiam, nec quid faciam, scio. Tu velim tuam & Tulliæ valetudinem cures. Vale.

DICTIONES ex Epist. II.

Ff.

Velim, cures. pro: rogo, ut cures. Familiaris Cic. dictio epistolaris *velim*, pro: rogo. Nonnunquam per Ellipsin post eam, prout h. l. omittitur conjunctio *ut*. v. I. 5. I. 10. I. 12. I. 14. I. 29. I. 32. I. 36. I. 38. I. 43. II. 4. (II. 13.) (II. 15.) II. 28. II. 31. &c.

Mm.

miseria, die Fatalität, Trübsal, (z. E. daß *Pompejus* geschlagen war, daß die *Pompejaner* ihn anfeindeten, weil er das *Commando* an des *Pompeji* Statt nicht übernehmen wolte; des *Cæsaris* Ungnade, weil er sich, wider sein Versprechen, auf des *Pompeji* Seite geschlagen, u. s. w. diß alles nennet hier Cicero: suas *miserias*. Edit. Berolin.

dolor, die Betrübniß, das Leidwesen.

valetudo, die Kranckheit. Vocabulum medium. v. I. 1.

de omnibus rebus, bey alle dem.

quid *consilii*. Elegantius, pro: quod consilium. Eleganter ita adjectiva & pronomina neutra substantive substantivis junguntur. v. I. 15. I. 41. II. 8. II. 12. II. 13. II. 24. II. 28. II. 31. conf. I. 3. quidquam certi.

quid consilii capiam? was soll ich für einen Entschluß fassen.

Ss.

EPIST. III. (Lib. XIV. ep. 24. ad fam.) Cic.
M. T. C. Terentiæ S. P. D.

SI vales, bene est: ego valeo. Nos neque de Cæsaris adventu, neque de litteris, quas Philotimus habere dicitur, quidquam adhuc certi habemus. Si quid erit certi, faciam te statim certiorem, Valetudinem tuam fac ut cures. Vale III. Idus Sextiles.

Ff.

Nos, pro: Ego: Familiare est Ciceroni, ut ceteris scriptoribus, in plurali numero de sua persona loqui. v. I. 7. I. 8. I. 9. I. 10. I. 12. I. 13. I. 15. (I. 18.) I. 22. I. 24. I. 27. I. 35. I. 38. I. 42. &c. cf. C. Nep. nost. in præf. § 3.

facere aliquem *certiorem* alicujus rei, s. de re aliqua, einem etwas schrifftlich notificiren, Nachricht, Part, geben. Phrasis epistolaris, Ciceroni familiarissima v. I. 16. I. 5. I. 13. I. 32. I. 33. (I 34.) I 36. II. 1. (II. 23 II. 25.) &c. Nonnunquam additur: *litteris*, aut *per litteras*.

fac, ut cures. Pro: cura, simpliciter. v. plura I. 1.

Mm.

litteris, sc. Cæsaris, in welchen *Cicero* hoffete *Pardon* zu erlangen. Edit. Berolin.

Philotimus habere dicitur litteras, man sagt, der Philotimus habe einen Brief (der Philotimus soll einen Brief haben.) Latinismus.

neque quidquam. Elegantius: *non quidquam*, pro: nihil. v. I. 39. I. 40. I. 42. II. 3 II. 4. II. 8. II. 20. II. 23. II. 28. II. 29. conf. II. 15. non aliquid I. 23. nec unquam. conf. C. Nepos noster in Them. II. 4. *neque quisquam.*

quidquam certi: Elegantius duo adjectiva neutra substantive jungunctur sibi. v. I. 5. conf. I. 2. quid consilii.

adhuc, bisher, bis hieher. De tempore partic. *adhuc*, male *hactenus*, usurpatur. v. II. 12. II. 16. II. 19. II. 20. II. 21. II. 22. II. 25. conf. C. Nepos noster in Milt. V. 5.

quid certi. Supra: *quidquam certi.*

III. Idus Sextiles, pro: *ante* Idus. solennis ellipsis epistolaris. v. I. 5. I. 6. I. 13. I. 7. I. 8. I. 12. &c.

Sextilis olim appellabatur Augustus mensis.

Ss.

*

EPIST. IV. (Lib. III. ep. 27. ad Att.) Cic.

M. T. C. T. P. Attico S. P. D.

Ex litteris tuis, & ex re ipsa nos funditus periisse video. Te oro, ut, quibus in rebus mei tui indigebunt, nostris miseriis ne desis. Plura non scribo. Cura, ut valeas.

Ff.

Quibus in rebus, pro: in quibus rebus. Familiaris Cic. ceterorumque auctorum elegantia, inter adjectivum & substantivum aliquid interponere, in quavis fere epistola exstans. v. I. 8. I. 13. I. 16. (I. 18.) I. 21. I. 22. I. 24. I. 25. I. 26. I. 28. I. 30. I. 32. I. 33. (I 34.) I. 35. &c. &c. conf. C. Nepos noster in præfat. §. 5.

cura, ut valeas, pro simplici *vale*. v. I. 5. I. 6. I. 8. I. 21. I. 24. I. 32. I. 36. II. 8. (II. 13.) &c. conf. I. 1. *fac, ut*. ubi plura.

Mm.

ex re ipsa, aus (nach) der Beschaffenheit der Sachen selbst. Non *raptim*, quod ajunt. v. I. 41.

funditus perii, es ist mit mir gar aus, ich bin verlohren.

quibus in rebus, worinnen. Latini utuntur notione *res: ea in re, hac re, ex qua re*, ubi nostrates ajunt: darinnen, dadurch, daraus. conf. C. Nepos in Milt. II. 2.

ut ne. Elegans & nervosus pleonasmus, pro simplici *ne*. daß ja nicht. v. I. 30. conf. C. Noster in Them. VII. 3.

ne desis nostris miseriis, entzeuch dich uns nicht in unserer Noth.

Ss.

*

EPIST. V. (Lib. XIV. ep. 8. ad fam.) Cic. *M. T. C. Terentiæ S. P. D.*

SI vales, bene est, ego quidem valeo. Valetudinem tuam velim cures diligentissime. Nam mihi & scriptum & nuntiatum est, te in febrim subito incidisse. Quod celeriter me fecisti de Cæsaris litteris certiorem, fecisti mihi gratum. Item posthac, si quid opus erit, si quid acciderit novi, facies ut sciam. Cura ut valeas. Vale. Datum IV. Nonas Junias.

Ff.

Velim cures, pro: rogo, ut cures. v. plura I. 2.

facere aliquem *certiorem* de re aliqua. v. plura I. 3.

gratum, scil. quid, s. aliquid. Familiaris illa Cic. *Ellipsis* epistolaris. v. I. 8. I. 11. I. 20. I. 38. I. 40. II. 5. II. 9. II. 10. II. 29. &c. &c.

facies, ut sciam. v. plura I. 1. *fac, ut-*

Cura, ut valeas. v. plura I. 4.

Mm.

ego *quidem*, ich wenigstens. Elegans & nervosa particula *quidem*, pronomini jungi solita. v. I. 23. II. 14. II. 18. II. 28. II. 29. II. 30. conf. C. Nepos noster in Præfat. §. 4.

mihi & scriptum & nuntiatum est, mir ist so wol schrifftlich, als mündlich berichtet worden.

incidere in febrim, in ein Fieber fallen.

fecisti mihi gratum, du hast mir einen angenehmen Dienst gethan. v. I. 17.

item, ebenmäßig, desgleichen. Elegans connectendi partic. v. I. 9.

si *quid*, pro: si aliquid. Elegantius.

quid *novi*. v. I 3. quidquam certi.

quid accidit novi? was ist neues vorgegangen, passirt?

Nonas Junias. Solennis Ellipsis præpositionis *ante*. v. plura I. 3.

EPIST.

Epist. VI. (Lib. xvi. ep. 15. ad fam.) Cic.

M. T. C. Tironi S. P. D.

OMnia a te data mihi putabo, si te valentem videro. Summa cura exspectabam adventum Menandri, quem ad te miseram. Cura, si me diligis, ut valeas, & cum te bene confirmaris, ad nos venias. Vale. IV. Idus Aprilis.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Cura, ut valeas, pro simplici *vale.* v. plura I. 4. cf. I. 1. *fac, ut.*	*Tiro* ist ein Freygelassener des *Ciceronis* gewesen, welchen er sehr werth gehalten. Ed. Berolin.	
	omnia a te data mihi sunt, du hast mir einen grossen Dienst, oder Gefallen, gethan, (du hast mich meines Wunsches gewähret.)	
	si me diligis, so du mich lieb hast. Elegans rogandi, simulque insinuandi formula epistolaris. v. I. 24. conf. II. 15. Si quid nostra caussa vis.	
	bene se confirmare, völlig wieder genesen. Pro *reconvalescere*, quod ajunt minus latine. v. I. 24. I. 8.	

Epist. VII. (Lib. xiv. ep. 15. ad fam.) Cic.

M. T. C. Terentiæ suæ S. P. D.

SI vales, bene est. Constitueramus, ut ad te antea scripseram, obviam Ciceronem Cæsari mittere. Sed mutavimus consilium, quia de illius adventu nihil audiebamus. De ceteris rebus etsi nihil erat novi, tamen quid velimus, & quid hoc tempore putemus, opus esse, ex Sicca poteris cognoscere. Tulliam adhuc mecum teneo. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. XII. Kal. Quintilis.

DI-

DICTIONES ex Epist. VII.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Constituerámus - mutavimus - velimus - In plurali numero, quod solet, de se loquitur Cicero. v. I. 3. *Nos.*	obviam aliquem alicui mittere, einem jemanden entgegen senden.	*
	mutare consilium, sich anders entschliessen, anders resolviren.	
	De ceteris rebus, im übrigen, sonsten.	
	Elegans connectendi formula epistolaris.	
	adhuc, bis daher, bis dato noch. v. I. 3.	
	secum tenere aliquem, einen bey sich haben. Not. h. l præpos. *cum.*	
	XII. Kal. i. e. *ante* Kal. v. I. 3.	
	Quintilis hieß vor Zeiten der Monat *Julius.* Edit. Berolin.	

Epist. VIII. (Lib. xvi. ep. 7. ad fam.) Cic. *M. T. C. Tironi S. P. D.*

SEptimum jam diem Corcyræ tenebamur; Quintus autem pater & filius Buthroti. Soliciti eramus de tua valetudine mirum in modum: nec mirabamur, nihil a te litterarum. Iis enim ventis istinc navigatur; qui si essent, nos Corcyræ non sederemus. Cura igitur te, & confirma: & cum commode, & per valetudinem, & per anni tempus navigare poteris, ad nos amantissimos tui veni. Nemo nos amat, qui te non diligat. Carus omnibus exspectatusque venies. Cura, ut valeas, etiam atque etiam, Tiro noster. Vale. XV. Kalend. Nov. Corcyra.

Ff.

Septimum jam diem, pro: jam septimum diem. v. plura I. 4. *quibus in rebus.*

tenebamur - eramus - mirabamur. In plurali numero iterum. v. plura I. 3. *nos.*

mirum in modum, über die Maſſen. Familiaris Cic. formula: *mirum in modum*, *majorem in modum*, epiſtolaris. v. I. 17. I. 23. I. 25. II. 30. &c.

nihil a te litterarum, ſcil. datum. Familiaris & delicatula illa Cic Ellipſis epiſtolaris v. plura I. 5. gratum.

Qui ſi, pro: ſi illi. Familiare Cic. connectendi Pronomen eſt Relativum. v. I. 14. (I. 18.) I. 19. I. 26. I. 28. I. 31. I. 41. I. 43. (II. 3.) II. 5. II. 8. II. 12. II. 13 II. 14. (II. 15.) II. 16. II. 19. II. 20. (II. 25.) II. 27. II. 28. II. 29. (II. 30.) II. 31. conf. C. Nepos noſter in Milt. I. 2.

cura, *ut* - v. plura I. 4.

etiam atque etiam, ſehr, mit allem Ernſt, Frequens & elegans formula epiſtolaris Cic. v. I. 21. I. 23. I. 24. I. 31. II. 4. II. 31. &c. conf. ſupra *mirum in modum.*

Mm.

Corcyra iſt eine Inſul auf dem Joniſchen Meer, itzo *Corfu* genannt. Ed. Berol.

teneri (pro: tenere ſe,) ſich aufhalten, arretiren. v. I. 41.

Buthrotum, eine Stadt auf einer kleinen Halb-Inſul in *Theſprotien*, einem Ländgen in dem Königreiche *Epiro*, gegen *Corcyra* über gelegen, heut zu Tage *Butrinto*. Edit Berolin.

ſolicitum eſſe de re aliqua, über etwas bekümmert ſeyn.

nihil litterarum. Elegantius, pro: nullas litteras.

iſtinc, von dorther, nemlich von *Patræ*, heutiges Tages *Patraſſo*, einer Stadt in *Achaja*, allwo der *Tiro* kranck verblieben war. Ed. Berolin.

iis ventis navigatur iſtinc, mit dieſen Winden ſegelt man von dorther.

Quid ſi eſſent, ſcil. ſecundi hinc. Amica Apoſiopeſis: wäre der verzweiffelte Wind -

ſedere, lange ſitzen.

confirmare ſe, die verlohrnen Kräffte wieder ſammlen.

commode, füglich.

cum & per valetudinem, & per anni tempus navigare poteris, wenn es beydes deine Leibes-Conſtitution, und auch die Jahres-Zeit leiden wird, daß du zu Schiffe gehen. Not. h. l. elegans præpoſitio *per.*

amantiſſimus tui, der dich hertzlich lieb hat.

EPIST. IX. (Lib. XIV. ep. 20. ad fam.) Cic.

M. T. C. Terentiæ suæ S. P. D.

IN Tusculanum nos venturos putamus, aut Nonis, aut postridie. Ibi fac, ut sint omnia parata. Plures enim fortasse nobiscum erunt, &, ut arbitror, diutius ibi commorabimur. Labrum, si in balneo non est, fac ut sit. Item cetera, quæ sunt ad victum & ad valetudinem necessaria. Vale. Kalend. Octobr. de Venusino.

Ff.

Nos - *putamus.* In plurali numero de sua persona scribit. v. plura l. 3. *nos.*

fac, ut sint, pro simplici *sunto.* v. plura l. 1. *fac, ut* cures.

fac, ut sit. iterum. v. l. c.

Mm.

Tusculanum, scil. prædium, ein Land-Gut des *Ciceronis*, nicht weit von der berühmten Stadt *Tusculum* im *Latio* gelegen. Ed. Berolin.

diutius commorari, sich eine Zeitlang aufhalten, verweilen.

Item. v. l. 5.

quæ sunt ad victum & valetudinem necessaria, was zur Leibes-Nahrung und Nothdurfft gehöret.

quæ sunt ad victum necessaria, Victualien.

Venusium war ein Städtgen in *Apulia*, wo etwa ein guter Freund ein Land-Gut gehabt, das er hier *Venusinum* nennet. Ed. Berolin.

Ss.

*

Epist. X. (Lib. XIII. ep. 3. ad fam.) Cic.

M. T. C. S.P. D. C. Memmio.

A Ulum Fusium, unum ex meis intimis, observantissimum studiosissimumque nostri, eruditum hominem & summa humanitate, tuaque amicitia dignissimum, velim ita tractes, ut mihi coram recepisti. Tam mihi gratum id erit, quam quod gratissimum. Ipsum praeterea summo officio, & summa observantia tibi in perpetuum devinxeris. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
nostri, pro: mei. v. plura I. 3. *Nos.*	intimus, ein Vertrauter.	*
velim tractes, pro: rogo, ut tractes. Familiaris Cic. dictio Epistolaris, de qua plura I. 2.	observantissimus, studiosissimusque nostri, der mit vieler Ehrerbietigkeit und grosser Dienstwilligkeit unter die Augen tritt. Edit. Berol.	
	eruditus homo, ein gelehrter, politer Mann.	
	homo summa humanitate, ein wohl conduisirter Mann, der wohl zu leben weiß. Eleganter adjectivum *humanus* mutatur in Substant. *humanitas*, cum adjectione.	
	ita tractabo te, ich werde dich so verhalten, begegnen.	
	coram, mündlich, persönlich. adverbialiter. v. II. 25. II. 31.	
	recipere, versprechen, NB. auf eines andern Ansuchen. v. II. 5.	
	Tam mihi gratum id erit, quam quod gratissimum. Pro simplici superlativo: id mihi gratissimum erit. Der *Superlativus* wird gar fein mit seinem vorhergesetzten *Positivo*, vermittelst der *Particuln: tam, quam quod- amplificirt.* Ed. Berolin.	
	in perpetuum, lebenslang. pro: *aetatem*, ut ajunt.	

Epist.

Epist. II. (Lib. vii. ep. 18. ad fam.) Cic.

M. T. C. Trebatio S. D.

Epistolam tuam, quam accepi ab L. Aruncio, conscidi innocentem: nihil enim habebat, quod non vel in concione recte legi posset. Sed & Aruncius ita te mandasse ajebat, & tu adscripseras. Verum illud esto. Nihil te ad me postea scripsisse demiror, præsertim tam novis rebus. Vale.

Ff.

Tam novis rebus, scil. existentibus, da so viel neues vorgeht. Familiaris illa Cic. *Ellipsis* epistolaris, de qua plura I. 5. *gratum.*

Mm.

epistolam conscidi innocentem, ich habe den Brief unschuldig zerrissen.

epistola nihil habet, es hält der Brief nichts in sich, es steht nichts in dem Briefe.

vel in concione, auch (auch wol, wol) in öffentlicher Versammlung. Not. h. l. elegantia partic. *vel*, pro etiam, certe. v. I. 26. II. 12. II. 18. II. 19. II. 27.

recte, sicher, frey, v. I. 24. II. 2. II. 9.

Verum illud esto, aber genug hievon, ich lasse das an seinen Ort gestellet seyn. Elegans transeundi formula.

demiror, ich wundre mich höchlich.

præsertim, zumal.

Ss

ab L. Aruncio. Not. h. l. præpositio *ab* ante consonantem *L.* posita, v. II. 8. *ab* Furnio. conf. C. Nepos noster in Milt. III. 3. *ab* Scythis.

Epist. XII. (Lib. XIV. ep. 10. ad fam.) Cic.

M. T. C. Terentiæ S. P. D.

QUid fieri placeret, scripsi ad Pomponium serius, quam oportuit: Cum eo si locuta eris, intelliges, quid fieri velim. Apertius scribi, quando ad illum scripseram, necesse non fuit. De ea re, & de ceteris rebus quam primum velim nobis litteras mittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. VII. Id. Quint.

Ann. 7 July

Ff.

Velim mittas, pro: rogo, ut mittas. Familiaris Cic. dictio epistolaris, de qua plura l. 2.

velim cures.

nobis, i. e. mihi. v. plura l. 3. *Nos.*

Mm.

quid fieri placet tibi? quid fieri vis? Was befindest du für gut? was ist deine Meynung?

serius, *quam oportuit.* Elegans formula pleonastica: *quam oportuit* (Sufficiebat enim: *Serius*, in etwas spåte,) quæ Comparativo scite jungitur. conf. C. Nepos noster in Hamilc. III. 2. turpius, *quam par erat.*

apertius scribere, deutlicher schreiben.

quando h. l. pro *quia.*

necesse non fuit. „Denn *Tu-*
„*tus Pompon. Atticus* wu-
„ste um alle des *Ciceronis*
„Anliegen und Heimlich-
„keiten, deshalben pfle-
„te er an ihn abgebrochen
„und etwas dunckel zu
„schreiben. (v. C. Nepos in Attico.) Ed. Berolin.

de ea re, hievon. v. I. 4. quibus in rebus.

quam primum, mit dem ehesten, v. II. 8. *cum* primum. II. 29. *ut* primum.

Ss.

fieri placeret, pro: ut fieret, grammatice. Singularis elegantia Ciceronis, & ceterorum scriptorum, verba *volendi*, *cupiendi*, &c cum accusativo & infinitivo construere, prout h. l. *placere* v. I. 38.

ita: *volo.* v. infra *fieri velim.*

necesse est. v. infra *scribi necesse fuit.*

malo. v. I. 26.

patior. v. II. 4.

cogo. v. II. 10.

nolo. v. II. 19.

veto. II. 27.

studeo. II. 30.

cupio. II. 30.

jubeo. II. 31.

conf. C. Nepos noster in Milt. VII. 1.

Sed tamen notandum est, in his & aliis Ciceronis singularibus singularem latere elegantiam.

Epist.

EPIST. XIII. (Lib. XIV. ep. II. ad fam.) Cic.

M. T. C. Terentiæ S.P.D.

SI vales, bene est, valeo. Tullia nostra venit ad me pridie Id. Jun. cujus summa virtute & singulari humanitate graviore etiam sum dolore affectus, nostra factum esse negligentia, ut longe alia in fortuna esset, atque ejus pietas ac dignitas postulabat. Nobis erat in animo, Ciceronem ad Cæsarem mittere, & cum eo Cn. Sallustium. Si profectus erit, faciam te certiorem. Valetudinem tuam diligenter cura. Vale. XVII. Kal. Quint.

Ff.

Graviore etiam sum dolore, pro: graviore dolore etiam sum. v. plura I. 4. *quibus in rebus.*

factum esse, *ut* esset, pro simplici *esse*. Familiaris illa Cic. dictio, de qua plura I. 1. *fac, ut.*

Nobis, pro: mihi. v. plura I. 3. *Nos.*

facere aliquem *certiorem*. Phrasis epistolaris Cic. familiarissima. v. plura I. 3.

Mm.

pridie Id. Jun. i. e. *ante* Id. Jun. v. I. 3.

graviore dolore affici, ein hertzliches Betrübniß haben.

etiam h. l. noch, scil. comparativo juncta. v. II. 5. Male *adhuc* ajunt pro *etiam*.

alia, *atque*. So wird gar schön von den Lateinern das Teutsche Wörtlein ALS ausgedrückt durch *atque*, wenn *alius* vorhergeht. Ed. Berolin. (conf. C. Nepos noster in Them. VI. 2.)

pietas, die zarte Liebe, so man zu seinen Eltern, Bluts-Freunden, Obrigkeit, u. s. f. hat. v. II. 11, II. 13. II. 25. II. 29. conf. C. Nep. nost. in Ages. IV. 2.

longe alia in fortuna est, atque ejus pietas ac dignitas postulat, sie ist in weit anderm (schlechterm Zustande, als ihre zarte Liebe gegen ihre Eltern, und ihre Qualitäten verdienen, (weil sie etwan ihr Mann, der *Dolabella*, nicht gar zu wohl hielte, der sich auch hernach von ihr geschieden hat.) Ed Berolin.

est mihi in animo, ich habe mich entschlossen.

Ss.

Epist. XIV. (Lib. xiv. ep. 19. ad fam.) Cic.

M. T. C. Terentiæ S D.

IN maximis meis doloribus excruciat me valetudo Tulliæ noſtræ. De qua, nihil eſt, quod ad te plura ſcribam: tibi enim æque magnæ curæ eſſe, certo ſcio. Quod me propius vultis accedere, video, ita eſſe faciendum. Etiam ante feciſſem, ſed me multa impedierunt, quæ ne nunc quidem expedita ſunt. Sed a Pomponio exſpecto litteras, quas ad me quam primum perferendas cures velim. Da operam, ut valeas.

Ff.

De *qua* nihil eſt quod pro: nihil eſt, quod de hac - Familiariſſimum illud Cic. connectendi Pronom. *qui, quæ, quod.* v. plura I. 8. *Qui* ſi.

velim cures, pro: rogo, ut cures. vid. plura I. 2.

da operam, ut valeas, pro ſimplici: *vale.* v. I. 22, I. 23. (II. 6.) &c. conf. plura I. I. *fac, ut-*

Mm.

dolor, die Bekümmerniß.

valetudo, vocabulum *medium.* v. I. 2.

nihil eſt, quod ſequ Conjunctivo,) es iſt nicht nöthig, daß - ſcita formula Not. h l. *nihil*, pro *non.* v. I. 38. II. 16. II 19. I 15.

æquæ magnus, gleich groß, eben ſo groß. v. I 20.

æque magnæ curæ es mihi, ich trage gleich groſſe Sorge für dich.

certo ſcio. v I. 28 conf. II. 12. *certum* ſcio conf. Cic. pro Arch. XII. 6. *certe* ſcio.

ne nunc *quidem* pro: ne quidem nunc Elegantius. Es pflegt ſchöner zu klingen, wenn *ne quidem* ein ander Wort in die Mitte nimmt. Ed Berol. v. I 37. I 42. &c.

litteras perferendas curare ad aliquem. den Brief an einen übermachen.

Ss.

me vultis accedere, pro: vultis, *ut* ego accedam. v plura I. 12. *fieri placeret.*

EPIST. XV. (Lib. XIV. ep. 12. ad fam.) Cic.

M. T. C. Terentiæ S. P. D.

QUod nos in Italiam salvos venisse gaudes, perpetuo gaudeas velim. Sed perturbati dolore animi, magnisque injuriis, metuo, ne id consilii ceperimus, quod non facile explicare possimus. Quare, quantum potes, adjuva. Quid autem possis, mihi in mentem non venit. In viam quod te des hoc tempore, nihil est: & longum est iter, & non tutum. Et non video, quid prodesse possis, si veneris. Vale. Pridie Nonas Novembr. Brundisio.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Nos, pro: me. v. plura I.	dolor. v. I. 14.	*
3. *Nos*	sum animi perturbati, mein Gemüth ist unruhig, embrassiret.	
	injuriis. Weil *Cicero* das *Commando* über das geschlagene *Pompejan*sche Krieges-Heer nicht annehmen wolte, muste er sich in der Hitze von des *Pompeji* Sohne einen Verräther schelten, und mit blossem Degen überlauffen lassen. Wie *Plutarchus in vita Ciceronis* erzehlet. Einige ziehen auch hieher, daß er von seinem Bruder, dem *Quinto Cicerone*, der ihm so vieles zu dancken hatte, und von dessen Sohne, bey dem *Cæsare* sehr angegossen war. Ed. Ber.	
	id *consilii*. Elegantius, pro: id consilium. v. I. 2.	
	capere consilium, einen Entschluß fassen.	
	explicare. Denn von den *Pompejanis* in Griechenland hatte er sich getrennet, und nach *Brundisium* in Italien *rediret*; hingegen wuste er noch nicht, wie er mit dem *Cæsar* dran war. Ed. Berolin.	
	quantum potes, nach deinem Vermögen.	
	mihi in mentem non venit, ich sehe nicht ab.	
	in viam se dare, sich auf den Weg machen.	
	nihil est, quod. v. I. 14. plura.	

Epist. XVI. (Lib. xiv. ep. 25. ad fam.) Cic.

CICERO Fil. Tironi S. P. D.

ETsi justa & idonea usus es excusatione intermissionis litterarum: tamen id ne sæpius facias, rogo. Nam etsi de Rep. rumoribus & nuntiis certior fio, & de sua in me voluntate semper ad me perscribit pater: tamen de quavis minima re scripta a te ad me epistola semper fuit gratissima. Quare cum in primis tuas desiderem litteras, noli committere, ut excusatione potius expleas officium scribendi, quam assiduitate litterarum. Vale.

Ff.	*Mth.*	*St.*
Idonea usus es excusatione, pro: idonea excusatione usus es. v. plura l. 4. *quibus in rebus.*	justa & idonea excusatio, eine gerechte und füglige Entschuldigung.	*
certiorem fieri. Phrasis epistolaris, de qua plura l. 3.	Respublica, der Römische Staat.	
	rumoribus, durch das Gerüchte.	
	tua in me voluntas, dein gütiges Wohlwollen gegen mich. v. I. 18.	
noli *committere*, *ut* expleas. pro: noli explere. (v. II. 25. II. 18.) conf. plura l. 1. *fac, ut* -	de quavis minima re, von der geringsten Sache, Kleinigkeit.	
	assiduitate litterarum, pro: assiduis litteris. Adjectivum eleganter in Substantivum mutatur.	

Epist. XVII. (Lib. XIII. ep. 40. ad fam.) Cic.

M. T. C. Q. Anchario Q. F. ProC. S. D.

Lucium & Cajum Aurelios, L. filios, quibus & ipsis & patre eorum viro optimo familiarissime utor, commendo tibi majorem in modum, adolescentes omnibus optimis artibus ornatos, tua amicitia dignissimos. Si ulla mea apud te commendatio valuit, quod scio multas plurimum valuisse, hæc ut valeat, rogo. Quodsi eos honorifice, liberaliterque tractaris, & tibi gratissimos optimosque adolescentes adjunxeris, & mihi gratissimum feceris. Vale.

Ff.

Majorem in modum, pro: admodum, s. valde, bester Massen. v. plura l. 8. *mirum in modum.*

Quodsi, pro simplici *si* Familiaris & elegans Cic. connectendi dictio. v. I. 32. (34.) I. 41. II. 4. (II 15.) II 16. (II. 18.) (II. 25.) II. 28. (II 30.) II. 31. conf. C. Nepos noster in Paus. IV. 6. *Quodsi.*

gratissimum, scil. aliquid. Ellipsis Cic. epistolaris frequens. v. I. 5. *gratum.*

Mm.

ProC. i. e. Proconsuli, ob er zwar niemals *Consul* gewesen sondern nur *Prætor proconsulari potestate provinciam obtinens*, wie bey den Römern gar gebräuchlich war. *Cellar. ad h. l.* Ed. Berol.

vir optimus, ein weidlicher Mann.

familiarissime uti aliquo einen vertrauten Umgang mit einem haben.

commendo, non *recommendo*, quod ajunt barbare. conf. C. Nepos noster in Eum. II. 2.

adolescens omnibus optimis artibus ornatus, ein qualificirter, politer Jüngling. *optimæ artes*, i. e. litteræ, studia. v II. 9. II. 12 II. 30. conf. C. Nep. nost. in Dion. I. 2.

si *ulla*. Elegantius, pro: si quædam. v. I. 22. II. 5. II. 13. conf. II. 18. ut *ullum.*

commendatio, non *recommendatio*, quam ajunt barbare. v. I. 21.

honorifice liberaliterque tractare aliquem, alle Ehre und Gütigkeit einem erzeigen. v. I. 29.

adjungere sibi aliquem, einen zu seinem guten Freunde machen. v. C. Nepos noster in Eum II. 3.

gratissimum alicui facere v. I. 5.

Ss.

Lucius Aurelios et Cajus Aurelius beijde Sohne Plus. Aurelios

Epist. XIIX. (Lib. xi. ep. 4. ad fam.) Cic.

Decius Brutus Imp. T. Cic. S. P. D.

SI de tua in me voluntate dubitarem, multis a te verbis peterem, ut dignitatem meam tuerere: Sed profecto est ita, ut mihi persuasi, me tibi esse curæ. Progressus sum ad Inalpinos cum exercitu, non tam nomen captans imperatorium, quam cupiens militibus satisfacere, firmosque eos ad tuendas nostras res efficere. Quod mihi videor consecutus. Nam & liberalitatem nostram, & animum sunt experti. Cum omnium bellicosissimis bellum gessi: multa castella cepi, multa vastavi. Non sine caussa ad Senatum litteras misi. Adjuva nos tua sententia. Quod cum facies, ex magna parte communi commodo inservieris. Vale.

Ff.

(*Tua in me voluntate*, pro tua voluntate in me. v. plura I. 4 *quibus in rebus.* (*nostram* pro: meam v. plura I. 3. *Nos.* (*Quod* cum, pro: Cum hoc. v. plura I. 8. *Qui* si.

Mm.

tua in me voluntas. v. I. 16.

est ita, es ist an dem.

curæ esse alicui. v. I. 14.

Inalpinos, i. e. Alpium incolas. „den *Antoni*„*um* zu verfolgen, damit er sich nach der Nie„derlage bey *Mutina* nicht wiederum setzen „und verstärcken mögte. Ed. Berol.

captare, begehren, affectiren.

res, h. l. das Reich, der Staat.

firmum aliquem efficere, einen in den Stand setzen.

omnium bellicosissimis, scil. Inalpinorum.

bellum gerere cum aliquo, mit einem kriegen.

non sine caussa, aus erheblichen Ursachen. Elegans dictio: *non sine*, pro: *cum.*

litteras. „In welchem Schreiben er um ein öf„fentliches Danck-Fest angehalten, das in „seinem Namen in allen Tempeln zu Rom „den Göttern mögte gehalten werden, wozu „er des *Ciceronis* Hülffe und Beystimmung „verlanget. Ed. Berolin.

ex magna parte, gröstentheils.

communi commodo inservire, das gemeine Beste befördern. Non *promovere*, quod ajunt minus Latine.

Ss.

cum facies, pro: cum feceris. Singularis constructio partic. *cum*, wenn, cum futuro indicativi conf. II. 9. *cum valebamus.*

EPIST.

Epist. XIX. (Lib. XI. ep. 15. ad fam.) Cic.

M. T. C. D. Bruto Imp. S. P. D.

ETsi mihi tuæ litteræ jucundissimæ sunt, tamen jucundius fuit, quod in summa occupatione tua Planco Collegæ mandasti, ut te mihi per litteras excusaret Quod fecit ille diligenter. Mihi autem nihil amabilius officio tuo & diligentia. Conjunctio tua cum Collega, concordiaque vestra, quæ litteris communibus declarata est, S. P. Q. R. gratissima accidit. Quod superest, perge, mi Brute, & jam non cum aliis, sed tecum ipse certa. Plura scribere non debeo, præsertim ad te, quo magistro brevitatis uti cogito. Litteras tuas vehementer exspecto, & quidem tales, quales maxime opto. Vale.

Ff.

Quod fecit, pro: Hoc fecit. v. plura I. 8. *Qui* si.

Mm.

in summa occupatione tua, bey deinen überhäuften Geschäfften.

excusa me illi, entschuldige mich bey ihm.

nihil amabilius officio tuo, pro: officium tuum mihi amabilissimum. Elegantius pro Superlativo usurpatur Comparativus, per notionem *nemo, nihil.* v. I. 21. I. 24. I. 26. I. 35. II. 3. II. 12. II. 15. II. 20. II. 27. II. 29. II. 31. conf. C. Nep. nost. in Milt. V. 5 *nihil nobilius.*

officium, die Gefälligkeit, Höflichkeit.

litteræ communes, in gemeinschafftlicher Brief.

S. P. Q. R. i. e. Senatui Populo Que Romano.

accidit. Elegantius, pro: fuit. v. I. 24 *fieri.*

Quod superest. Elegans connectendi & concludendi formula epistolaris: Im übrigen. conf. I. 35. *Reliquum est.* II. 23 *Quod proximum fuit.*

tecum *ipse.* Elegantius, pro: tecum ipso. v. II. 30. II. 8. mecum *ipse.* conf. C. Nepos noster in Paus. IV. 3. se *ipse.*

magistro brevitatis uti cogito, ich gedencke dir das Kurtz-Schreiben abzulernen.

quales - nemlich daß *Antonius* überwunden sey. Ed. Berolin.

Ss.

*

Epist. XX. (Lib. II. ep. 2. ad fam.) Cic.

M. T. C. Curioni S. P. D.

GRavi teste privatus summi amoris summi erga te mei, patre tuo clarissimo viro: qui cum suis laudibus, tum vero te filio superasset omnium fortunam, si ei contigisset, ut te ante videret, quam e vita discederet. Sed spero, nostram amicitiam non egere testibus. Tibi patrimonium Dii fortunent: Me certe habebis, cui carus æque sis & jucundus, ac fuisti patri. Vale.

Ff.

Te filio, scil. existente. Familiaris illa Cic. Ellipsis epistolaris v. plura I. 5. *gratum.*

me habebis, cui, pro: me habebis eum, cui. Familiaris illa Cic. Ellipsis epistolaris, de qua plura I. 5. *gratum.*

Mm.

gravis testis, ein ansehnlicher Zeuge.

clarissimus war damals ein Titel der allervornehmsten und berühmtesten Leute Ed. Berolin.

te filio, da er an dir einen so vortrefflichen Sohn hat, (der die *Quæstur* in *Asien* mit grossem Ruhm verwaltet,) Ed. Berolin.

hic superat omnium fortunam, dieser ist der Glückseligste von der Welt.

contigit ei, ut, er hat das Glück gehabt, es ist ihm so gut worden, daß v. II. 13.

ante, zuvor. adverbialiter.

e vita discedere, das Zeitliche segnen.

Tibi patrimonium Deus fortunet, GOtt segne dir dein väterliches Erb-Gut. Barbare ajunt: *benedicere.* v. I. 25.

me habebis, cui, an mir wirst du einen (denjenigen) haben, der v. II. 12.

carus æque, ac, ebenso lieb, als. v. II. 11.

Ss.

*

Epist.

Epist. XXI. (xiii. ep. 74. ad fam.) Cic.
M. T. C. Q. Philippo Pro C. S. D.

ETsi non dubito pro tua in me obſervantia, proque noſtra neceſſitudine, quin commendationem meam memoria teneas, tamen etiam atque etiam eundem tibi L. Oppium familiarem meum præſentem, & L. Egnatii familiariſſimi mei abſentis negotia commendo. Tanta mihi cum eo neceſſitudo eſt, familiaritasque, ut, ſi mea res eſſet, non magis laborarem. Quapropter gratiſſimum mihi feceris, ſi curaris, ut is intelligat, me a te tantum amari, quantum ipſe exiſtimo. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Idque ut facias, te vehementer rogo. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Pro, nach, wegen, in Anſehen. Præpoſitio epiſtolaris elegans, Cic. familiariſſima. v. I. 22. I. 25. I. 29. I. 32. I. 33. I. 42. (II. 3.) II. 4. II. 5. II. 8. (II. 12. II. 13.) II. 19. II. 21. II. 22. (II. 23.) II. 30. &c.	pro tua in me obſervantia, nach deiner Ehrerbietung gegen mich.	*
tua in me obſervantia. pro: tua obſervantia in me. v. plura I. 4. *quibus in rebus.*	*proque.* Rarius ſolent Latini præpoſitionibus monoſyllabicis Encliticas annectere. v. I. 43. ad teque II. 5. ab omnique. II. 16. ad amicosne. conf. C. Nepos noſter in Con. I. 1. *in eoque.*	
	neceſſitudo, die gute vertraute Freundſchafft.	
	familiaritas, der gemeinſame Umgang, barbare: *converſatio.*	
etiam atque etiam. v. plura I. 8.	commendatio. v. I. 17.	
	memoria tenere aliquid, etwas in gutem Andencken haben.	
	eundem tibi. Eleganter duo pluraque Pronomina conjunguntur. v. I. 23. I. 24. I. 28. I. 38. II. 5. II. 11. II. 17. &c.	
	familiaris, ein Freund, mit dem man offt converſiret.	
curaris, ut- v. plura I. 4. *cura, ut.* conf. I. I. *fac, ut.*	commendare. v. I. 17.	
	non magis laborarem, ich mich nicht ſorgfältiger bemühen würde.	
	gratiſſimum alicui facere v. I. 5.	
	tantum, quantum. Elegantes particulæ.	
	Hoc mihi. Iterum duo Pron. ſibi juncta.	
	hoc *gratius nihil*, pro: hoc gratiſſimum. v. plura I. 19. *nihil amabilius.*	

Epist. XXII. (Lib. III. ep. 28. ad Att.) Cic.

Cicero Attico S.

Post tuum a me discessum litteræ mihi Roma allatæ sunt: ex quibus prospicio, nobis in hac calamitate tabescendum esse. Neque enim, (sed bonam in partem accipies) si ulla spes salutis nostræ subesset, tu pro tuo amore in me hoc tempore discessisses. Sed ne ingrati, aut ne omnia velle nobiscum una interire videamur, hoc omitto. Illud abs te peto, des operam, idquod mihi affirmasti, ut te ante Kal. Jan. ubicunque erimus, sistas. Vale.

Ff.

Tuum a me discessum, pro: tuum discessum a me. v. plura I. 4. *quibus in rebus.*

nobis, pro: mihi. v. plura I. 3. *Nos.*

Neque enim, pro: *Et* enim *non.* Frequenter & eleganter utitur Cicero, ut ceteri, in connectendis periodis partic. *neque*, vel *nec*, pro: & non. v. I. 23. I. 26. I. 27. I. 28. I. 29 I. 38. II. 8. (II. 15.) II. 16. (II. 25.) II. 28. II. 29. (II. 30.) II. 31. &c. conf. C. Nepos noster in præf. §. 4. *Neque enim.*

pro - nach v. plura I. 21.

des operam, ut te sistas, pro: ut sistas te, v. I. 14 *da operam.* conf. I. 1. *fac*, ut.

idquod, pro simplici *quod.* Familiaris Cic. elegantia. v. II. 24. II. 26. &c. conf. C. Nepos noster in Alcib. IV. 5. *idquod.*

Mm.

nobis in hac calamitate tabescendum est, ich werde in diesem Elende umkommen und vergehen müssen. (nemlich *Cicero* redet von seinem *Exilio* Edit. Berolin.)

bonam in partem aliquid accipere, etwas nicht ungütig aufnehmen.

si *ulla.* Elegantius, pro: si qua. v. plura I. 17.

salus, h. l. die Restitution aus dem Exilio.

nulla spes subest, es ist keine Hoffnung vorhanden.

hoc omitto, ich lasse das dahin gestellet seyn.

affirmare alicui aliquid, einen etwas versichern.

ubicunque erimus, wo wir auch seyn werden, (wir mögen seyn, wo wir wollen.)

Ss.

velle interire, pro: velle, *ut* intereant. v. plura I. 12. *fieri placeret.*

Epist.

Epist. XXIII. (Lib. XVI. ep. 19. ad Att.) Cic.

Cicero Cupiennio S.

PAtrem tuum plurimi feci, meque ille mirifice & coluit & amavit. Nec mehercule unquam mihi dubium fuit, quin a te diligerer. Ego quidem id facere non destiti. Quamobrem peto a te in majorem modum, ut civitatem Buthrotiam sublevés, decretumque Coss. quod ii secundum Buthrotios fecerunt, cum & lege & S. C. statuendi potestatem haberent, des operam ut Plancus noster quam primum confirmet & probet. Hoc te vehementer, mi Cupienni, etiam atque etiam rogo. Vale.

Ff.

Nec, pro: Et non. Familiaris illa Cic. connectendi particula, de qua plura I. 22.

Neque enim.

Quam ob rem, derowegen, in Erwegung dessen. Frequens & elegans connectendi formula Cic. v. II. 1. II. 8. II, 11. (II. 13.) II. 14. II. 24. &c. C. Nep. noster in Dat. III. 3.

in majorem modum. v. plura I. 8. *mirum in modum*.

des operam, ut - v. plura I. 14. *da operam*.

etiam atque etiam. v. plura I. 8.

Mm.

plurimi facere aliquem, einen hoch achten.

mirifice, ungemein. Scita particula.

mehercule Gentilis jurandi formula, Christiano indigna.

nec (non) *unquam*, pro: & nunquam. Elegantius. v. II. 18. II. 30. v. I. 3. non quisquam. conf. C. Nepos noster in Attic. XIV. 1.

dubium fuit, quin. Elegantius, pro: dubitavi, quin. conf. C. Nepos noster in Con. I. 2.

ego *quidem*. v. plura I. 5.

id facere es darnach machen, sich darum bemühen

Buthrotiam. Dieses *Adjectivum Buthrotius* macht er von der Stadt *Buthrotum* (v. I. 8) Ed Berol.

sublevare aliquem, einem unter die Arme greiffen.

Coss. i. e Consulum h. l.

secundum Buthrotios, zum Besten (en faveur) der Buthrotier. Ed. Berolin.

S. C. i. e Senatus Consulto h. l. der Rathschluß.

statuere, decretiren, beschliessen.

Hoc te. Eleganter duo pronomm. junguntur. v. plura I. 21. *eundem tibi*.

Ss.

majorem in modum. A. l. p. 33.

Epist. XXIV. (Lib. XVI. ep. 5. ad fam.) Cic.

M. T. C. & Cicero F. Tironi humaniss. & opt. S. P. D.

Vide, quanta in te sit suavitas: duas horas Thyrei fuimus: Xenomenes hospes tam te diligit, quam si vixerit tecum. Is omnia pollicitus est, quæ tibi essent opus: facturum puto. Mihi placebat, si firmior esses, ut te Leucadem deportaret, ut ibi te plane confirmares. Videbis, quid Curio, quid Lysoni, quid medico placeat. Volebam ad te Marionem remittere, quem, cum meliuscule tibi esset, ad me mitteres: sed cogitavi, unas litteras Marionem afferre posse, me autem crebras exspectare. Poteris igitur, & facies, si me diligis, ut quotidie sit Acastus in portu. Multi erunt,

Ff.

Quanta in te sit suavitas, pro: quanta suavitas in te sit. v. plura I. 4. *quibus in rebus.*

Quid - quid quid - Elegans Anaphora epistolaris, Cic familiaris. v. I. 30. I. 33. I. 40. II. 5. II. 11. (II. 15.) II. 19. II. 20. II. 22. (II. 25.) II. 26. II 29. II 31.

facies, ut sit. v. plura I. 1. *fac, ut-*

Mm.

suavitas, die Annehmlichkeit, grace.

tam, quam, so sehr, als: Elegantes particulæ.

vivere cum aliquo, eine Zeitlang mit einem umgehen, lange mit einem bekannt seyn.

firmior est, er ist von seiner Unpäßlichkeit etwas wieder genesen.

plane se confirmare. v. I. 6.

meliuscule mihi est, es hat sich mit meiner Kranckheit ein Bißgen gebessert. v. I. 36.

si me diligis. v. I. 6.

Acastus und *Mario* waren zwey Knechte des *Ciceronis*, von welchen der *Acastus* dem *Tironi* von seinem Herrn zugeordnet war, daß er ihm in seiner Kranckheit zur Hand gehen solte. Ed. Berolin.

Ss.

unas litteras. Singularis, at elegans locutio, ubi Cic. notionem *unus* in plurali numero usurpat. conf. in *Mm.* II. 20. *binas.*

quibus

quibus recte litteras dare possis, qui ad me libenter perferant. Equidem Patras euntem neminem prætermittam. Ego omnem spem tui diligenter curandi in Curio habeo; nihil potest illo fieri humanius, nihil nostri amantius. Ei te totum trade. Malo te paullo post valentem, quam statim imbecillum videre. Cura igitur nihil aliud, nisi ut tu valeas, cetera ego curabo. Etiam atque etiam vale. Leucade proficiscens VII. Idus Novembr.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Nihil - nihil- Familiaris iterum illa, elegansque Cic. Anaphora epistolaris. v. supra: *quid-quid-quid-*	recte. v. I. 11.	*
	omnem spem habeo in illo, ich setze alle Hoffnung auf ihn.	
	nihil potest illo fieri humanius, er ist der allerleutseligste Mensch von der Welt. Elegantius pro Superlativo *humanissimus*, utitur Cic. Comparativo, per notionem *nihil*. v. plura I. 19.	
nostri, pro: mei. v. plura I. 3. *Nos.*	*nihil amabilius.*	
	fieri elegantius pro *esse*. conf. I 19. *accidit* pro *fuit.*	
etiam atque etiam. v. plura I. 8.	amans nostri est, er hat grosse Liebe für uns.	
	totum se tradere alicui, sich einem gantz vertrauen.	
	Ei te. v plura I. 21 *eundem tibi.*	
	paullo post, eine Zeitlang darnach.	
	nihil aliud, nisi - Elegantius, pro: hoc unum, s. maxime, unice. v. I. 40. II. 19. conf. C. Nepos noster in Arist. II. 2.	

EPIST.

Epist. XXV. (Lib. xv. ep. 7. ad fam.) Cic.

M. T. C. Pro-Conf. C. Marcello Conf. Def. S. P. D.

MAxima ſum lætitia affectus, cum audivi te conſulem factum eſſe, eumque honorem tibi Deos fortunare volo, atque a te pro tua parentisque tui dignitate adminiſtrari. Nam cum te ſemper dilexi, amavique, quod mei amantiſſimum cognovi in omni varietate rerum mearum, tum patris tui pluribus beneficiis vel defenſus tri-

Ff.

Maxima ſum lætitia affectus, pro: maxima lætitia ſum affectus v. plura I. 4. *quibus in rebus.*

pro, nach. dictio epiſtolaris, de qua plura I. 21.

vel, *vel*. Elegantes & familiares particulæ Ciceronis, pro: *tam*, *quam*, ſowol, als auch. v. II. 2. II. 10. (II. 13. II. 15.) II. 16. II. 21. II. 29. II. 31. &c. conf. C. Nepos noſter in Alcib. II. 1. Attic. VI. 2. in *Mm.*

Mm.

Deſignati Conſules waren, die aufs künfftige einige Monate vorher beſtellet wurden, wiewohl der *Terminus* ſo beſtändig nicht war. Ed. Ber.

maxima lætitia affici, eine hertzliche Freude haben.

Deum fortunare tibi eum honorem volo, ich wünſche, daß GOtt dir Glück und Segen zu deiner neuen Ehren-Stelle verleihen wolle. fortunare, non *benedicere*, latine eſt. v. I. 20.

dignitas, das Anſehen, die Meriten.

dilexi amavique. Amare iſt mehr als *in diligere*. Ed. Berolin.

amantiſſimus mei. v. I. 24.

varietas rerum, der wunderliche Glücks-Wechſel, da es bald glück- bald unglücklich mit unſern Sachen ausſiehet.

Ss.

volo fortunare - adminiſtrari pro: *ut fortunent - adminiſtrari.* v. plura I. 12. *fieri placeret.*

ſtibus

stibus temporibus, vel ornatus secundis: & sum totus vester, & esse debeo, cum præsertim matris tuæ, gravissimæ atque optimæ feminæ, majora erga salutem dignitatemque meam studia, quam erant a muliere postulanda, perspexerim. Quapropter a te peto majorem in modum, ut me absentem diligas atque defendas. Vale.

Ff.

Majorem in modum. Familiaris Cic. formula epistolaris, de qua plura I. 8. *mirum in modum.*

Mm.

tristia tempora, unglückliche Zeiten, (Läufften.) Oppositum: secunda

ornare, befördern, ehren, non quod ajunt, *promovere.*

totus sum vester, ich bin euch schuldigst ergeben, ein grosser Schuldner von euch.

gravissima atque *optima* femina. Dieses sind die grössesten Titul, die *Cicero* einer Frauen giebet. Ed. Berol.

studium, die Bemühung, Fleiß,

petere ab aliquo, einen bitten.

Ss.

*

Epist. XXVI. (Lib. vii. ep. 15. ad fam.) Cic.

Cicero Trebatio, S. P.

QUam sint morosi, qui amant, vel ex hoc intelligi potest: Molestè ferebam antea, te invitum istic esse: pungit me rursus, quod scribis, te esse istic libenter. Neque enim mea commendatione te non delectari facile patiebar: & nunc angor, quidquam tibi sine me esse jucundum. Sed hoc tamen malo, ferre nos desiderium, quam te non ea, quæ spero, consequi. Quod

Ff.

Neque enim, pro: *Et* enim *non.* v. plura I. 22. *Neque* enim.

Mm.

morosus, eigensinnig, dem man nichts recht machen kan. Ed. Berol.

qui amant, die Verliebten.

vel ex hoc v. plura I. 11. *vel* in concione.

molestè fero hoc, } diß verdreuſt
pungit me hoc, } mich, es thut
non facile patior hoc, } mich, es thut
angor hac re, } mich, es thut

mir wehe. Phrases Synonymicæ elegantes.

invitus, wider meinen Willen.

ferre desiderium, ſich ſehnen, ſich mit der Sehnſucht quälen.

Ss.

malo ferre nos, pro: *ut* nos ferramus. v. plura I. 12 *fieri placeret.*

vero

vero in C. Matii ſuaviſſimi doctiſſimiqne hominis familiaritatem veniſti, non dici poteſt, quam valde gaudeam: Qui, fac, ut te quam maxime diligat. Mihi crede, nihil ex iſta provincia potes, quam jucundius ſit, deportare. Cura, ut valeas.

Ff.

Qui fac ut, pro: fac, ut *hic.* Familiare connect. pronom. *qui, quæ, quod.* v. plura I. 8. *Qui* ſi.

fac, ut- v. plura I. 1.

mihi crede, ich verſichere. Familiaris & elegans Cic. formula aſſeverandi epiſtolaris. v. I. 32. I. 37. II. 14. II. 21. II. 22. II. 24. (II. 25.) II. 31. &c.

cura, ut valeas, pro ſimplici *vale.* v. plura I. 4.

Mm.

C. *Matii.* v. ejus epiſt. II. 30. in hac editione, welche *Epiſt.* von einigen, nebſt der 31. *l. II. in hac ed.* unter allen *Epiſtolis Cic.* für die ſchönſte gehalten wird. Ed. Berolin.

familiaritas. v. I. 21.

non dici poteſt, quam valde gaudeam. Elegantiſſima formula epiſtolaris, ſuperlativum amplificans, pro: *maxime* gaudeo. conf. Plin. I. 3. *exprimere non poſſum, quam-*

quam maxime, pro: maxime, ſimpliciter. Eleganter jungitur partic. *quam* Superlativo. v. I. 29. I. 33 I. 38. II. 4. II. 6. II. 8. II. 29. conf. C. Nepos noſter in præfat. §. 4. *quam* plurimos.

nihil, quod *jucundius* ſit, pro: Hoc jucundiſſimum eſt, quod - Superlativum eleganter in Comparativum mutat, per notionem *nihil.* v. plura I. 19. *nihil amabilius.*

Ss.

*

Epist. XXVII. (Lib. VII. ep. 24. ad Att.) Cic.

Cicero Attico S.

CUm dedissem ad te litteras tristes, & metuo ne veras, de Lucretii ad Cassium litteris Capua missis, Cephalio venit a vobis. Attulit etiam a te litteras hilariores, nec tamen firmas, ut soles. Omnia facilius credere possum, quam quod scribitis, Pompejum exercitum habere. Nemo huc ita affert, omniaque,

Ff.
* Capua war die Haupt-Stadt in *Campania* und nächst Rom die wichtigste Stadt in ganz Italien. Ed Berol.

hilarior, etwas freudig.

firmus, der nicht wancket.

firmæ litteræ ein Brief, der bey einer Rede bleibt. Ed. Berolin.

ut soles, wie sonst dein Gebrauch ist. Elegans tum insinuandi, tum judicandi formula. v. II. 1. II. 15. II 31. *ut consuesti.*

omnia facilius credere possum, *quam hoc*, pro: minime hoc credere possum. Elegantissima negandi & dubitandi formula, millies quam imitere.

ita afferunt huc, man bringt uns solche Post hieher.

Mm.

Ss.
*

qux

p. 176. §. 37. Not. 1.

quæ nolim. Rem miseram! malas causſas ſemper obtinuit, in optima concidit. Quid dicam? niſi illud eum ſciſſe; neque enim erat difficile: hoc neſciſſe. Erat enim res difficilis, recte Remp. regere. Sed jam jamque omnia ſciemus, & ſcribemus ad te ſtatim. Vale.

Ff.

Neque enim, pro: *&* enim *non.* v. plura l. 22. *Neque* enim.

ſciemus-ſcribemus, pro: ſciam, ſcribam. v. plura l. 3. *Nos.*

Mm.

omnia, quæ nolim, lauter unangenehme Zeitungen, (Dinge.) Scita locutio, pro: triſtia quæque.

Rem miseram! daß GOtt erbarme! Es iſt zu beklagen. Exclamatio epiſtolaris, (omiſſa partic exclamandi *o*,) qua parcius ut interrogatione, Cic. utitur v. infra: *Quid dicam?*

malas cauſſas. „Hiedurch verſtehet er ſonder„lich, daß der *Pompejus* den *Cæſar* durch die „zwey *Quinquennia* ſo groß gemacht hatte, „und ſonſt alles durchgetrieben, was dem „ehrlichen *Cicero* und andern nicht gar zu „wohl gefiel. Ed. Berolin.

obtinere cauſſam, einen Handel ausführen, durchtreiben. Phraſis forenſis.

concidere in cauſſa, den Handel, Proceſs, verlieren, (verſpielen)

Quid dicam? niſi - Elegans judicandi & meditandi formula: Ich kan nichts anders hievon urtheilen, als daß - Scil. utitur Cicero nonnunquam eleganter interrogatione Epiſtolari, at parcius, velut Exclamatione, quæ tamen utraque figura in Orationibus ipſi familiariſima eſt. v. I. 40. II. 1. II. 9. II. 16. &c.

illud. Daß er die *malas cauſſas* leichtlich durchzutreiben gewuſt. Ed. Berol.

hoc. Daß man bey den beſten und gerechteſten Sachen den Kürtzern ziehen und unterliegen könne. Ed. Berolin.

jam, jamque, bald, eheſtens.

Ss.

*

Epist. XXVIII. (Lib. IX. ep. 29. ad fam.) Cic. *M. T. C. Appio S. P. D.*

DE meo ſtudio erga ſalutem & incolumitatem tuam credo te cognoſcere ex litteris tuorum: Quibus me cumulatiſſime ſatisfeciſſe certo ſcio. Nec iis concedo, quamquam ſunt ſingulari in te benevolentia, ut te ſalvum malint, quam ego. Illi mihi neceſſe eſſe concedant, ut tibi plus, quam ipſi, hoc tempore prodeſſe poſſim.

Ff.

Quibus me, pro: me his- v. plura l. 8. *Qui ſi.*

Nec, pro: Et non. v. plura I. 22. *Neque enim.*

ſingulari in te benevolentia, pro: ſingulari benevolentia in te. v. plura I. 4. *quibus in rebus.*

Ss.

ſtudium erga ſalutem & incolumitatem tuam, die Bemühung für deine Wohlfahrt und Wohlſtand.

certo ſcio. v. I. 14.

cumulatiſſime me illi ſatisfeciſſe, certo ſcio, ich weiß gewiß, daß er vollkömmlich damit (mit mir) zufrieden ſey. Ed. Berolin.

non tibi concedo, ut- ich geſtatte dir nicht, daß -

ſalvus, in allem Wohlergehen.

Illi mihi. Duo pronomina eleganter ſibi juncta, de quibus plura v. I. 21.

Ss.

malint te ſalvum, pro: *ut* tu ſis ſalvus. v. plura I. 12. *fieri placeret.*

Quod

Quod quidem nec destiti facere, nec desistam: & jam in maxima re feci, & fundamenta jeci salutis tuæ Tu fac bono animo magnoque sis, meque tibi nulla re defuturum esse confidas. Pridie Non. Quintiles. Vale.

Ff.

Quod quidem. Frequenter & eleganter jungit Cic. partic. *quidem* pronomini Relativo, præsertim in connexione period. v. I. 31. II. 10. II. 14. II. 22. II 27 &c conf. C. Nepos noster in Arist. I. 2. *Quod quidem.*

fac, sis, pro simplici *sis*. v. plura I. 1. *fac, ut-*

Mm.

nec, nec, weder, noch. Elegantes particulæ Relativæ.

desistere, entstehen, aufhören.

maxima res, eine wichtig Sache.

fundamenta jacere alicujus rei, den Grund wozu legen.

salutis tuæ Dieser *Appius* hatte sich zum *Antonio* geschlagen. Doch *Cicero* bittet den *D. Brutum* sehr inständig, *l. XI. ep.* 22. daß der *Appius* in Ansehen seiner Jugend, und weil er dem *Antonio* wegen vieler seiner *Familie* von demselben erzeigten Wohlthaten sich verpflichtet geachtet hatte, dieses mal mit der Acht übersehen werden mögte. Ed Berolin.

bono animo magnoque esse, getrost und unverzagt seyn.

deesse alicui, einen verlassen.

Ss.

*

Epist. XXIX. (Lib. XIII. ep. 31. ad fam.) Cic. M. T. C. Acilio Pro C. S. D.

CAjo Flavio, honesto & ornato equite Romano, utor valde familiariter. Fuit enim generi mei C. Pisonis perneceſſarius, meque diligentiſſime obſervat, & ipſe, & L. Flavius frater ejus. Quapropter velim honoris mei cauſſa, quibus rebus honeſte & pro tua dignitate poteris, quam honorificentiſſime & quam liberaliſſime Cajum Flavium tractes.

Ff.

Velim, pro: rogo. Dictio illa Cic. epiſtolaris familiariſſima, de qua plura I. 2.

pro, nach. dictio epiſtolaris Cic. familiariſſima, de qua plura I. 21.

Mm.

honeſtus & ornatus eques Romanus, ein anſehnlicher und geſchickter Römiſcher Ritter. Ed. Berol.

familiariter uti aliquo, einen täglichen Umgang mit einem haben, offte mit einem converſiren.

generi. Die *Tullia*, des *Ciceronis* Tochter, hat drey Männer nach einander gehabt, 1. dieſen *Piſonem*, deſſen in dieſer *ep.* gedacht wird, 2. den *Craſſipedem*, 3. den *Dolabellam*, der ſich von ihr geſchieden. Ed. Berolin.

perneceſſarius, ein naher Bluts-Freund.

diligentiſſime obſervare aliquem, bey aller Gelegenheit ſeine Ehrerbietung gegen einen darlegen.

honoris mei cauſſa, mir zu Ehren.

honeſte, ohne Verlierung des Reſpects. v. I. 42.

quam honorificentiſſime & quam liberaliſſime aliquem tractare, einem alle Ehre und Gütigkeit erzeigen. v. I. 17. conf. I. 26. *quam* maxime.

Ss.

*

Id

Id mihi sic erit gratum, ut gratius esse nihil possit. Sed præterea tibi affirmo, (neque id ambitione adductus facio, sed tum familiaritate & necessitudine, tum etiam veritate) te ex Caji Flavii officio, & observantia & præterea splendore, atque inter suos gratia, magnam voluptatem esse capturum. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
(*Neque*, pro: & non. v. plura l. 22. *Neque* enim.	Id mihi *sic* erit gratum, *ut gratius nihil* esse possit, pro: Id erit mihi grasissimum. Pro Superlativo eleganter adhibetur Positivus cum Comparativo, per particulas: *sic, ut.* v. I 35 II. 5. conf. I 10 it. I. 19. *nihil amabilius* affirmare alicui, einen versichern. v. II. 22 *ambitio* heist nicht allein Hochmuth und Ehr-Geitz, sondern auch Schmeicheley, *it.* Großsprecherey. So verhält es sich auch mit dem adjectivo *ambitiosus*, und dem adverbio *ambitiose*. Ed. Berol *adductus.* Participium eleganter Pleonasticum est; sufficiebat enim: ambitione, s. ex ambitione. v. II. 17. *impulsus* II. 3 *permotus.* conf C Nepos noster in Milt. II. 5. *capti* in *Ff.* magnam voluptatem capere ex re aliqua, ein grosses Vergnügen über etwas haben.	*

Epist. XXX. (Lib. x. ep. 14. ad fam.) Cic.

Cic. Planco Imp. Cons. Des. S. P. D.

O Gratam famam biduo ante victoriam, de subsidio tuo, de studio, de celeritate, de copiis! Atque etiam hostibus fusis spes omnis in te est. Fugisse enim ex prelio Mutinensi dicuntur notissimi latronum duces. Est autem non minus gratum extrema delere,

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
De-de-de-de- Anaphora epistolaris, Cic. familiarissima, de qua v. plura I 24. *quid-quid-quid-*	*O gratam famam!* Suavis Exclamatio epistolaris, de qua v. plura I. 27.	*
	grata fama, eine angenehme Post.	
	subsidium, der Secours.	
	Atque etiam, Ja auch. Elegans connectendi formula. v. I 31. II. 12. II. 30.	
	hostis *fusus*, der schüchterne Feind. conf. C. Nepos noster in Arist. II. 1.	
	spes omnis mihi in te est, ich habe alle meine Hoffnung auf dich gesetzt.	
	Mutinensi. Mutina. itzo *Modena*, die Haupt-Stadt eines Hertzogthums in der Lombardey. Hier hatte *Antonius* den *Decium Brutum* belagert, welchen aber die Burgemeister *Pansa* und *Hirtius* nebst dem C. *Octavio* entsetzten, und den *Antonium* in die Flucht schlugen. Ed. Berolin.	
	dicitur hic fugisse, man sagt, dieser sey geflohen.	
	latro, ein Friedens-Stöhrer, Rebell.	
	non minus, quam. Elegantes particulæ, pro: tam, quam, s. æque, ac v. II 25. II. 27. conf. C. Nepos noster in Milt. II. 2. (in *Ff.*)	

quam

quam primam depellere. Equidem exspectabam jam tuas litteras, idque cum multis; sperabamque etiam Lepidum temporibus admonitum, tibi & Reip. satis esse facturum. In illam igitur curam incumbe, mi Plance, ut ne qua scintilla teterrimi belli relinquatur. Quod si erit factum, & Remp. divino beneficio affeceris, & ipse æternam gloriam consequere. Tertio Idus Maji. Vale.

Ff.

In illam igitur curam, pro: in illam curam igitur. v. plura l. 4. *quibus in rebus.*

Quod si erit factum, hiedurch. Elegans & familiaris connectendi formula Ciceronis: *Quod si feceris, Quod si erit factum, &c.* v. II. 13 II. 21 I. 31 &c conf. C. Nepos. noster in Milt. II. 3. *Quibus rebus fiebat, Quo facto.*

Mm.

extrema delere, das letzte dämpffen.

prima *depellere*, das erste abwenden. Phrasis gladiatoria. conf. C. Nepos noster in Them. V. 1.

temporibus admoneri, sich an anderer Leutelingslücke (Fatalitäten) spiegeln. In hac significatione vox *tempus* nonnunquam usurpatur a Cicerone. v. I. 37. II. 11. II. 22. II. 25. II. 26.

incumbere in curam aliquam, sich äusserst en Fleisses wohin bemühen.

ut ne. Elegantius, pro simplici *ne*, v. I. 4.

ne *qua.* Elegantius, pro: ne aliqua.

divinum beneficium, eine grosse (herrliche) Wohlthat. *Divinus* pro: excellens.

afficere aliquem beneficio, einem eine Wohlthat erweisen.

Ss.

*

Epist. XXXI. (Lib. xvi. ep. 21. ad Att.) Cic.

Cicero Capitoni S.

NOn dubito, quin mirere, atque etiam stomachere, quod tecum de eadem re agam sæpius. Hominis familiarissimi, & mihi omnibus rebus conjunctissimi permagna res agitur, Attici. Cognovi ego tua studia in amicos, etiam in te amicorum. Multum potes nos apud Plancum juvare. Novi humanitatem tuam, scio, quam sis amicis jucundus. Nemo nos in hac caussa plus juvare potest, quam tu. Et res ista est

Ff.

Nos, pro: me. v. plura I. 3 *Nos.*

Mm.

atque etiam. v. I. 30.

stomachari, unwillig seyn.

agere cum aliquo de re aliqua, einem etwas vortragen. v. II. 8

omnibus rebus, in allen Stücken.

conjunctus, verwandt, vertraut.

permagna res ejus agitur, es ist ihm sehr viel daran gelegen, (nemlich) „daß „die *Buthrotier* bey der Freyheit erhalten werden, die er ihnen bey „dem *Cæsar*, sowol durch eine schriftliche Vorstellung, als auch durch „Zahlung einer Summa Geldes anstatt der *Buthrotier* erhalten. Edit. Berolin.

Hominis - *Attici*, einem Manne, der es ist der *Atticus*. ita nomen Attici, quod celare velle simulat, eleganter ad finem demum periodi ponit.

jucundus, gefällig. facil.

Ss.

*

firma,

firma, ut debet esse, quam COSS. de consilii sententia decreverunt, cum & lege, & S. C. cognoscerent; tamen omnia posita putamus in Planci tui liberalitate. Quem quidem arbitramur cum officii tui, & reip. caussa decretum COSS. comprobaturum, tum libenter nostra caussa esse facturum. Adjuvabis igitur, mi Capito. Quod ut facias, vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

Ff.

Quem quidem. v. plura I. 28. *Quod quidem.*

Quod ut, pro: ut hoc-- v. plura I. 8. *Qui* si.

Quod ut facias, hierum. Est eadem formula, quæ: *Quod si erit factum.* v. I. 30.

etiam atque etiam. v. plura I. 8.

Mm.

res est firma, die Sache ist beschlossen, resolviret.

de consilii sententia, nach dem Schluß und Urtheil der Commission. Ed. Berolin.

omnia posita sunt in te, es lieget, beruhet alles an dir (auf dich.)

Planci *tui*, deines sonderbaren Freundes, des Planci.

liberalitas, die gütige Neigung, Generosité.

comprobare, pro: *approbare*, quod ajunt.

nostra caussa, um unsernt willen, uns zu Liebe.

Ss.

*

Epist. XXXII. (Lib. VI. ep. 10. ad fam.) Cic.

M. T. C. M. Marcello S. P. D.

ETsi nihil erat novi, quod ad te scriberem, magisque litteras tuas jam exspectare incipiebam, vel te potius ipsum: tamen cum Theophilus proficisceretur, non potui nihil ei litterarum dare. Cura igitur, ut quam primum venias: venies enim, mihi crede, exspectatus; neque solum nobis, id est, tuis, sed prorsus omnibus. Venit enim mihi in mentem subvereri interdum, ne te delectet tarda decessio.

Ff.

Cura, ut venias, pro simplici *veni*. v. plura I. 4.

mihi crede. v. plura I. 26.

Mihi Christianorum pietatem intuenti in mentem venit subvereri ne &c.

Mm.

Theophilus. Diesen nennet Cicero l. 4. ep. 9. ad fam. libertum Maccelli. Ed. Berol.

non potui nihil ei litterarum dare, ich habe müssen (ich habe nicht umhin gekonnt,) ihm ein kleines Brieſgen mitzugeben. Elegans locutio: *non possum non*, cum infinitivo constructa, ich kan nicht anders, ich muß. v. II. 9. II. 15. II. 19. conf. II. 22. *facere non potui, quin.*

id est, pro: inquam, ich sage, ich meyne. Elegans explicandi, simulque insinuandi formula v. II. 12. II. 31.

venit mihi in mentem, ich habe bey mir angefangen.

subvereri, ein wenig befürchten.

decessio, die Entfernung.

Ss.

*

Quod

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn81730147X/phys_0050
DFG

Quod si nullum haberes sensum, nisi oculorum, prorsus tibi ignoscerem, si quosdam nolles videre. Sed cum leviora non multo essent, quæ audirentur, quam quæ viderentur: suspicarer autem, multum interesse rei familiaris tuæ, te quam primum venire, idque in omnes partes valere; putavi ea de re te esse admonendum. Sed quoniam, quod mihi placeret, ostendi, reliqua tu pro tua prudentia consideraris: me tamen velim, quod ad tempus te exspectemus, certiorem facias.

Ff.

Quod si, pro simplici *si*. v. plura I. 17.

nullum haberes sensum, pro: nullum sensum haberes. v. plura I. 4. *quibus in rebus.*

pro, nach. Dictio epistolaris, de qua plura I. 21.

velim, pro: rogo. v. plura I. 2.

certiorem facere aliquem. Phrasis epistolaris, de qua plura I. 3.

Mm.

Quid si nullum haberes sensum, nisi oculorum - Elegans & arguta judicandi formula: wenn du aller Sinnen beraubet wärest, nur der Augen nicht.

leviora non multo, nicht viel geringere Sachen, so wichtige Dinge.

res familiaris, das Haus-Wesen, die Haabe.

id in omnes partes valet, diß ist zu allen Dingen, in allen Stücken gut. Ed. Berolin.

ea de re, hierüber. v. I. 4. quibus in rebus.

quod ad tempus, um welche Zeit.

exspectemus. Allein der gute *Marcellus* ist nicht wieder nach Rom kommen, sondern in dem Hafen der *Athenienser*, *Piræeus* genannt, von dem *P. Magio Cilone* erstochen worden. (v. infra II. 23. in hac ed.) Edit. Berolin.

Ss.

*

Epist. XXXIII. (Lib. x. ep. 27. ad fam.) Cic. *M. T. C. Lepido S. P. D.*

QUod mihi pro mea ſumma erga te benevolentia magnæ curæ eſt, ut quam ampliſſima dignitate ſis, moleſte tuli, te Senatui gratias non egiſſe, cum eſſes ab eo ordine ornatus ſummis honoribus. Pacis inter cives conciliandæ te cupidum eſſe, lætor. Pacem illam ſi a ſervitute ſejungis, conſules & Reip. & dignitati tuæ: ſin iſta pax perditum hominem in poſſeſſionem

Ff.

Pro, nach. Dictio epiſtolaris Cic. de qua plura I. 21.

ſummæ erga te benevolentia, pro: ſumma benevolentia erga te. v. plura I. 4 *quibus in rebus.*

Mm.

magnæ curæ eſt mihi, es iſt mir ſehr angelegen. pro: magnopere curo.

quam ampliſſima. v. plura I. 26. *quam* maxime

quam ampliſſima dignitate eſſe, in einem erlauchten Anſehen ſtehen.

moleſte ferre. v. I. 26.

ordo, der Staat.

ornare aliquem ſummis honoribus, einem die gröſten Ehren-Bezeugungen thun.

honoribus. Denn unter andern war er *ſtatua equeſtri inaurata, in roſtris, cum inſcriptione præclara.* auf den Vorſchlag des *Ciceronis*, beehret wegen einiger *Meriten*. Ed. Berol.

conciliare pacem, Frieden ſtifften.

perditus homo, ein heilloſer, vertracketer Menſch. Er meynet den *Antonium*, dem er in ſeinen 14. *Orationibus Philippicis* dieſen und noch ärgere Titul giebt. Ed. Berolin.

Ss.

*

impo-

impotentissimi dominatus restituturа est, hoc animo scito esse omnes sanos, ut mortem servituti anteponant. Itaque sapientius, meo quidem judicio, facies, si te in istam pacificationem non interpones, quæ neque Senatui, neque populo, neque cuiquam bono probatur. Sed hæc audies ex aliis, aut certior fies literis. Tu pro tua prudentia, quid optimum factu sit, videbis. Vale.

Ff.

Neque-neque-neque- Anaphora elegans epistolaris, de qua plura I. 24. *quid-quid-quid-certiorem fieri.* Phrasis epistolaris, de qua plura I. 3.

pro, nach. v. plura I. 21.

Mm.

impotentissimus dominatus, eine unbezähmte, unbeschränckte, despotische Herrschafft. Male *impotens* dicitur ohnmächtig, sed übermächtig. conf. C. Nepos noster in Lys. I. 4.

hoc animo sum, ich bin des Sinnes.

omnes *sani*, alle gescheute Leute. honnetes hommes.

mortem servituti antepono, ich will lieber todt seyn, als ein Sclave.

meo *quidem* judicio, nach meinem wenigen Bedüncken, v. plura I. 5. ego *quidem.*

pacificatio, Friedens-Handlung, Tractate.

interponere se in aliquam rem, sich in eine Sache mengen, meliren.

bonus, ein Biedermann, Patriot.

probatur hoc mihi, es gefällt mir.

Ss.

Epist. XXXIV. (Lib. IX. ep. 16. ad fam.) Cic.

Balbus Ciceroni Imp. S.

Cæsar nobis litteras perbreves misit, quarum exemplum subscripsi. Brevitate epistolæ scire poteris, eum valde esse distentum, qui tanta de re tam breviter scripserit. Si quid præterea novi fuerit, statim tibi scribam. *Cæsar Oppio, Cornelioque S. Ad. VII. Idus Mart. Brundisium veni, ad murum castra posui. Pompejus est Brundisii: misit ad me Cn. Magium de pace: quæ visa sunt, respondi. Hoc vos statim scire volui.*

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
(*Tanta de re*, pro: de tanta re. vid. plura I. 4. *quibus in rebus.*	perbrevis, sehr kurtz.	*vos scire volui*, pro: volui, *ut* vos sciretis. vid. plura I. 12. *fieri placeret.*
	exemplum, die Copey, Abschrifft. v. II. 20. conf. C. Nepos noster in Alcib. IV. 5.	
	subscribere, unten anführen, anfügen.	
	valde distentum esse, sehr beschäfftiget seyn.	
	si *quid.* Elegantius, pro: si aliquid.	
	ad murum, bey der Stadt-Mauer. Not. hæc significatio præpos. *ad*, pro: apud. v. II. 8. *ad* urbem.	
	castra ponere, ein Lager schlagen.	
	quæ visa sunt, respondi, ich habe ihm meine Meynung (Gutachten) geantwortet.	

Cum

Cum in spem venero, de compositione aliquid me conficere, statim vos certiores faciam. Quomodo nunc me putas, mi Cicero, torqueri, postquam rursus in spem pacis veni, ne qua res eorum compositionem impediat? Namque, quod absens facere possum, opto. Quodsi una essem, aliquid fortasse proficere possem. Nunc exspectatione crucior. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Certiorem facere aliquem. Phrasis epistolaris Cic. de qua plura I. 3. (*Quodsi*, pro: simplici *si*: vid. plura I. 17.	venire in spem, Hoffnung haben, sich gewisse Hoffnung machen. compositio, der Vergleich. conficere aliquid de compositione, wegen des Vergleichs etwas ausrichten. torqueri, sich ängsten, kümmern. ne *qua*, Elegantius, pro: ne aliqua. una, bey ihnen, zugegen. proficere, ausrichten, schaffen. exspectatione crucior, die Hoffnung (Sehnsucht) quälet mich.	*

Epist. XXXV. (Lib. VI. ep. 9. ad fam.) Cic.

Aulio *M. T. C. Furfanio Proconſ. S D.*

CUm A. Cæcina tanta mihi familiaritas, conſuetudoque ſemper fuit, ut nulla major eſſe poſſit. Nam & patre ejus, claro homine, & forti viro, plurimum uſi ſumus, & hunc a puero, quod & ſpem mihi magnam afferebat ſummæ probitatis, ſummæque eloquentiæ, & vivebat mecum conjunctiſſime, non ſolum officiis amicitiæ, ſed etiam ſtudiis communibus, ſic ſemper dilexi, ut non ullo cum homine con-

Ff.

Tanta mihi familiaritas, pro: tanta familiaritas mihi v. plura I. 4. *quibus in rebus.*

uſi ſumus, pro: uſus ſum v. plura I. 3. *Nos.*

Mm.

familiaritas. v. I. 21.

conſuetudo, die Vertraulichkeit.

tanta, ut nulla major eſſe poſſit. Pro: Maxima, uno verbo. Elegans circumſcriptio Superlativi, per notionem *tantus*, ſequ. partic. *ut*, cum notione *nullus* & Comparativo. v. I. 29. *Sic, ut* gratius nihil.

fortis vir, ein tapfferer Held.

plurimum uti aliquo, viel mit einem umgehen.

a puero, von Jugend auf.

magnam ſpem mihi affert hujus rei, er macht mir groſſe Hoffnung hierzu.

vivere cum aliquo conjunctiſſime, ſehr vertraut mit einem leben.

officia amicitiæ, Freundſchaffts-Dienſte.

ſtudia communia, gemeinſchafftliche (einerley) Bemühungen.

ſic eum dilexi, *ut* non ullo-conjunctius. Pro: maxime eum dilexi. v. plura I. 29. *ſic, ut* gratius nihil.

non ullo. Elegantius, pro: nullo. v. I. 3. *neque quidquam.*

Ss.

jun-

junctius viverem. Nihil attinet me plura scribere, quam quod mihi necesse est, ejus salutem & fortunas, quibuscunque rebus possim, tueri, ut vides. Reliquum est, ut, cum cognorim pluribus rebus, quid tu & de bonorum fortuna, & de Reip. calamitatibus sentires, nihil a te petam, nisi ut ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Cæcinam habiturus esses, tantus cumulus accedat commendatione mea, quanti me a te fieri intelligo. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
*	nihil attinet (sequ. infinitivo,) es ist nicht nöthig. v. II. 19. conf. I. 14. nihil est, quod-	*mihi necesse est, tueri.*
	fortunæ, die Haabe, Güter.	Pro: *ut tuear.* v. plura I. 12. *fieri placeret.*
	Reliquum est, ut- Im übrigen: Elegans connectendi formula epistolaris. v. II. 13 conf. I. 19 *Quod superest.*	
	voluntas, das Wohlwollen.	
	magnus cumulus accessit ad voluntatem in me tuam commendatione illius, durch dessen Recommendation ist dein geneigter Wille gegen mich um ein grosses (vieles) gewachsen.	
	magni fieri ab aliquo, von jemanden werthgeschätzt werden.	
	Hoc *nihil gratius*, pro: Hoc gratissimum. v. plura I. 19. *nihil amabilius.*	

EPIST. XXXVI. (Lib. IV. ep. 13. ad Att.) Cic.

Cicero Attico S. D.

„ VEstorius noster me per litteras facit certiorem, te „ Roma ad VI. Id. Maji putari profectum esse, tar„dius, quam dixeras, quod minus valuisses. Si jam melius vales, vehementer gaudeo. Velim domum ad tuos scribas, ut mihi tui libri pateant, non secus, ac si ipse adesses: cum ceteri, tum Varronis. Est enim mihi utendum quibusdam rebus ex iis libris, ad eos, quos in manibus habeo, quos, ut spero, tibi valde probabo.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Certiorem facere aliquem Phrasis Cic. epistolaris, de qua plura I. 3.	per litteras, schrifftlich, durch ein Schreiben.	*
	minus valere, unpaß seyn, (oder vielmehr unbaß, von dem alten Wörtlein baß, i. e. besser,	
velim scribas, pro: rogo, ut scribas. Dictio Cic. epistolaris, de qua plura I. 2.	melius valere, sich besser aufbefinden. v. I. 24.	
	non secus, ac, nicht anders, als, sequ. Conjunctivo.	
	ad *eos* Er verstehet die 6. Bücher, so er *de Rep.* damals schrieb, wovon wir nichts als wenige *Fragmenta* übrig haben. Ed. Berolin.	
	in manibus habere, unter Händen haben.	
	valde probabo tibi hunc librum, mein Buch wird dir wohl gefallen, deine Approbation haben. Elegans locutio activa pro passiva: hic liber valde probabitur tibi.	

Velim

Velim, si quid forte novi habes, maxime a Q. fratre, deinde a C. Cæsare, & si quid forte de comitiis, de Rep. (soles enim tu hæc festine odorari) conscribas ad me. Si nihil habebis, tamen scribes aliquid; nunquam enim mihi tua epistola aut intempestiva, aut loquax visa est. Maxime autem rogo, rebus tuis, totoque itinere ex sententia confecto, nos quam primum revisas. Dionysium jube salvere. Cura, ut valeas.

Ff.

Velim conscribas, pro: rogo ut conscribas. Iterum illa dictio epistolaris Cic. v. I. 2.

Cura, ut valeas, pro simplici *vale*. v. plura I. 4.

Mm.

si *quid*. Elegantius, pro: si aliquid.

quid *novi*. Elegantius, pro novum quid. v. I. 3. quidquam *certi*.

comitia, der Wahl- oder Reichs-Tag.

festine odorari, behende riechen; i. e. mercken. Elegans Tropus.

intempestivus, unzeitig.

ex sententia, nach Wunsche.

Dionysium. Libertinum, vel libertum, welchen der *Atticus* wohl leiden mochte, und den der *Cicero* immer grüssen lässet in seinen Briefen *ad Atticum*. Ed. Berolin.

jube salvere illum, laß ihn grüssen.

Ss.

jube salvere, pro: jube, *ut* salveat. v. plura I. 12. *fieri placeret.*

Epist. XXXVII. (Lib. I. ep. 6. ad fam.) Cic.

Cicero Lentulo Pro C. S. D.

QUæ gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit solum, sed præfuit. Me in summo dolore, quem in tuis rebus capio, maxime scilicet consolatur spes, quod valde suspicor, fore, ut infringatur hominum improbitas, & consiliis tuorum amicorum & ipsa die, quæ debilitat cogitationes & inimicorum & proditorum. Facile secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum: quorum imagi-

Ff.

Fore, ut infringatur. Pro: infractum iri. vid plura I. I. *fac, ut-*

Mm.

accipere, vernehmen, erfahren. cum præpos. *ex.*

non solum, *sed*, pro: *sed etiam*, bedeutet, daß das folgende gröſſer sey, wenn *sed* so alleine folget: Sondern, welches noch mehr ist, er hat = Ed. Berol.

dolorem capere, Bekümmerniß empfinden.

rebus, scil. adversis.

scilicet, freylich.

infringere, zähmen, brechen.

dies ist hier so viel als *tempus*, oder *longinquitas temporis*. Ed. Berolin. v. II. 22.

tempus. v. I. 30. *temporibus*,

imago, der Abdruck.

Ss.

secundo loco, zum andern, andern Theils. Singulare quid Ciceronis est, ita per notionem *secundus* numerare; semper enim numerat magis Latine per particulas: *primum, deinde, tum, postea, &c.* v. II. 21. II. 29. conf. C. Nepos noster in Epam. I. 4. it. II. 21. in hac ed. ep. Cic.

nem

nem video in rebus tuis. Nam etsi minore in re violatur tua dignitas, quam mea salus afflicta sit: tamen est tanta similitudo, ut sperem, te mihi ignoscere, si ea non timuerim, quæ ne tu quidem unquam timenda duxisti. Sed præsta te eum, qui mihi a teneris, ut Græci dicunt, unguiculis es cognitus. Illustrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum injuria. A me autem omnia summa in te studia officiaque exspecta. Non fallam opinionem tuam. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Minore in re, pro: in minore re. v. plura I. 4. *quibus in rebus. mihi crede.* Frequens & amica Cic. epistolaris formula, de qua plura I. 26.	*rebus*, v. supra. *minore in re.* Da man nemlich dem *Lentulo* die Ehre keines weges gönnen wolte, den vertriebenen Egyptischen König *Ptolemæum Auletem* wieder einzusetzen. Ed. Berolin. mea salus afflicta est, um meine Wohlfahrt (Restitution aus dem Exilio) steht es gefährlich. ne tu quidem. Elegantius, pro: ne quidem tu. v. I. 24. præsta te eum, führe dich also auf, erweise dich als einen solchen. *pro talem* a teneris unguiculis (ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων) von Kinder-Beinen an. *ut Græci dicunt.* Elegans formula Ciceronis, qua utitur, si quod proverbium, aut dictio barbara ab ipso usurpatur. v. II. 5. illustrare, verherrlichen. amplitudo, das Ansehen, die Meriten. non fallam opinionem tuam, ich werde deine gute Meynung von mir nicht teuschen, i. e. erfüllen.	* afflictus, a, um bedrängt, gequält, unglücklich, schlecht, elend, unglücklich. qualem illustrare, erläutern, verherrlichen, erhöhen.

Epist. XXXIIX. (Lib. III. ep. 13. ad fam.) Cic.

Cicero Attico. S.

EX tuis litteris plenus sum exspectatione de Pompejo, quidnam de nobis velit, aut ostendat. Comitia enim credo esse habita: quibus absolutis, scribis illi placuisse agi de nobis. Si tibi stultus esse videor, qui sperem, facio tuo jussu: etsi scio, te me iis epistolis potius & meas spes solitum esse remorari. Nunc velim mihi plane perscribas quid videas. Scio nos nostris multis peccatis in hanc ærumnam incidisse. Ea si qui casus aliqua ex parte correxerint, minus moleste feremus nos vixisse, & adhuc vivere. Ego propter viæ celebritatem, & quotidianam exspe-

Ff.

De *nobis*, pro: de me. v. plura I. 3. *Nos.*

velim perscribas, pro: rogo, ut dicatio epistolaris Cic. de qua plura I. 2.

aliqua ex parte, pro: ex aliqua parte v. plura I. 4. *quibus in rebus.*

Mm.

exspectatio, die Hoffnung, das Verlangen. v. II. 1.

quidnam vis de me? was wilst du mit mir machen? Not. h. l. præpos. *de* conf. C. Nepos noster in Them. II. 6.

ostendere, versprechen, Hoffnung machen. v. II. 31.

qui sperem Elegantius, pro: *quod*

tuo jussu, auf dein Geheiß.

te me iis- v. plura I. 21. *Eundem tibi.*

plane, deutlich, rund heraus.

peccatum h. l. eine Staats-Faute, oder Fehler. v. I. 40. „Sonderlich hat *Cicero* mit seiner „unaufhörlichen Großsprecherey und „Ruhmräthigkeit in der *Catilinari*schen „Sache auch seine besten Freunde endlich „verdrießlich gemacht. Ed. Berolin.

si *qui*. Elegantius, pro: si aliqui.

aliqua ex parte, einiger Massen.

minus moleste feram, es soll mich nicht verdriessen. *p. 34.*

adhuc. v. I. 3.

viæ celebritas, eine grosse Passage oder Heerstrasse, wo viel Reisens ist. Ed. Berolin. conf. C. Nepos noster in præfat. §. 6.

Ss.

placuisse agi, pro: *ut* ageretur. v. plura I. 12. *fieri* placeret.

ſtationem rerum novarum, non commovi me adhuc Theſſalonica: ſed jam extrudimur, non a Plancio, (nam is quidem retinet) verum ab ipſo loco, minime appoſito ad tolerandam in tanto luctu calamitatem. In Epirum ideo, ut ſcripſeram, non ivi, quod ſubito mihi adverſi nuntii venerant, & litteræ, quare nihil eſſet neceſſe, quam proxime Italiam eſſe. Hinc ſi aliquid a comitiis audierimus, nos in Aſiam convertemus: neque adhuc ſtabat, quo potiſſimum; ſed ſcies. Dat. XII. Kal. Sextil. d. 21 Julij

Ff.

Neque, pro: & non. v. plura I. 22. *Neque enim.*

quo potiſſimum, ſcil nos convertemus. Familiaris Cic. Ellipſis epiſtolaris, de qua plura I. 5. *gratum.*

Mm.

commovere ſe Theſſalonica, ſich von Theſſalonich erheben, von Theſſalonich aufbrechen.

appoſitus, bequem, tauglich.

adverſus nuntius, eine ungleiche (contraire) Botſchafft. nuntius, non *nuntium*, Latine.

nihil eſt neceſſe. Elegantius, pro: *non* eſt neceſſe. v. I. 14.

quam proxime. v. I. 26. *quam* maxime.

a comitiis, pro: *poſt* Comitia. *Manut.* ad h l

ſtat, es iſt feſt geſetzt, beſchloſſen. conf. C. Nepos noſter in Attic. XXI. 6. mihi *ſtat.*

potiſſimum, vor andern. conf. C. Nepos noſter in Milt. I. 2.

Ss.

neceſſe, *eſſe*, pro: *ut* eſſem v. plura I. 12. *fieri placeret.*

proxime Italiam. Singulare quid, quod Cic. adverbium *proxime* cum accuſativo conjungit conf. C Nepos noſter in Them. III. 4. *ex adverſum* Athenas.

EPIST.

Epist. XXXIX. (Lib. IV. ep. 11. ad fam.) Cic.

M. Marcellus M. Ciceroni S. D.

PLurimum valuisse apud me tuam semper auctoritatem, cum in omni re, tum in hoc maxime negotio potes existimare. Cum mihi C. Marcellus frater amantissimus mei non solum consilium daret, sed precibus quoque obsecraret, non prius mihi persuadere potuit, quam tuis est effectum litteris, ut uterer vestro potissimum consilio, Res quemadmodum sit acta, vestræ litteræ mihi declarant. Gratulatio tua etsi mihi est probatissima, quod ab optimo fit animo: tamen hoc mihi multo jucundius est & gratius, quod in sum-

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
(*Tuam semper auctoritatem*, pro: tuam auctoritatem semper, v. plura I. 4. *quibus in rebus.*	in *hoc* - daß ich meinen Vorsatz geändert habe, und mich nach erhaltenem *Pardon* von dem *J. Cæsare* wieder nach Rom zu begeben, nunmehro willens bin. Ed. Berolin.	*
(*est effectum ut* - v. plura I. 1. *fac, ut.*	non solum, *sed quoque.* Cicero: *sed etiam, verum etiam.*	
	precibus aliquem obsecrare, einen inständigst bitten.	
	prius potuit - *quam.* Elegans Tmesis partic. *priusquam* v. II. 25. conf. C. Nepos noster in Milt V. 4.	
	potissimum. v epist anteced.	
	Res. Er versteht dadurch seine *Restitution* und Begnadigung. Ed. Berolin.	
	probatissimum hoc mihi est, diß gefällt mir sehr wohl.	
	ab optimo animo, aus einem aufrichtigen Hertzen. v. II. 13.	

ma

ma paucitate amicorum, propinquorum, ac necessariorum, qui vere meæ saluti faverent, te cupidissimum mei, singularemque mihi benevolentiam præstitisse cognovi. Reliqua sunt ejusmodi, quibus ego, quoniam hæc erant tempora, facile & æquo animo carebam. Hoc vero ejusmodi esse statuo, ut sine talium virorum & amicorum benevolentia, neque in adversa, neque in secunda fortuna quisquam vivere possit. Itaque in hoc ego mihi gratulor. Tu vero ut intelligas, homini amicissimo te tribuisse officium, re tibi præstabo. Vale.

Ef.	*Mm.*	*Ss.*
	Vere favere saluti alicujus, es mit einem treu und ohne falsch meynen.	
	cupidissimus mei est, er will mir sehr wohl,	
	tempora. v. I. 36. *temporibus.*	
	facile & æquo animo careo his, ich entbehre dessen leichtlich und ohne Miß vergnügen, (mit indifferentem Gemüthe.)	
	non (neque) *quisquam*, pro: nemo. v. plura l. 3 *neque quidquam.*	
	re, in der That.	

EPIST.

Epist. XL. (Lib. IIX. ep. 21. ad Att.) Cic.

Cicero Attico S.

Lippitudinis meæ signum tibi sit librarii manus, & eadem causſa brevitatis: etsi nunc quidem, quod scriberem, nihil erat. Omnis exspectatio nostra erat in nuntiis Brundisinis. Si nactus hic esset Cn. nostrum, spes dubia pacis. Sin ille ante transmisisset, exitiosi belli metus. Sed videsne, in quem hominem inciderit Respublica? quam acutum? quam vigilantem? quam paratum? Si mehercule neminem occiderit, nec cuiquam quidquam ademerit, ab iis, qui eum maxime ti-

esset

Ff.

Nostra, pro: mea, v. plura I. 3. *Nos.*

Spes dubia pacis, scil. foret. Frequens & elegans illa Cic. ellipsis epistolaris, de qua plura I. 5. *gratum.*

quam acutum. *quam-quam.* Elegans & familiaris Cic. Anaphora epistolaris, de qua plura I. 24. *quid-*

Mm.

Lippitudo, das Trieffen der Augen, böse Augen.

omnis exspectatio mea est in illo, alle meine Hoffnung (Sehnsucht) ist auf denselben gerichtet.

hic. „Der *Cæsar* nemlich, wenn er solte „unsern *Pompejum* zu *Brundis*, da er „sich eine Zeitlang aufhielt, ehe er „Italien gantz verließ, noch einhosen und antreffen. Ed. Berolin.

spes dubia pacis est, es steht mit dem Frieden so und so.

ille, scil Pompejus.

ante, zuvor. adverbialiter h. l.

transmittere, scil. mare, übersetzen.

Videsne-? Amica Cic. interrogatio epistolaris, de qua plura I. 27. *Quid dicam?*

in quem hominem, scil Cæsarem.

Resp. incidit in eum, das Glücke (die Prædestination) hat ihm das Reich beschieden, zugespielet.

acutus, scharffsinnig.

paratus, vorsichtig.

cuiquam, quidquam. Elegantius. conf. I. 3. neque quidquam.

Ss.

*

muerant,

muerant, maxime diligetur. Multum mecum municipales homines loquuntur, multum rusticani: nihil prorsus aliud curant, nisi agros, nisi villulas, nisi nummulos suos. Et vide, quam conversa res est. Illum, quo antea confidebant, metuunt: hunc amant, quem timebant. Id quantis nostris peccatis, vitiisque evenerit, non possum sine molestia cogitare. Quæ autem impendere putarem, scripseram ad te, & jam tuas litteras exspectabam. Vale.

Ff.

Multum-multum-nisi-nisi-nisi- Amica iterum & familiaris illa Cic. Anaphora epistolaris, de qua v. I. 24. *quid-*

Mm.

municipales homines, „die Leute, so in „den Frey-Städten in Italien wohneten, und in denselben ihre eigene „Gesetze und Obrigkeiten unter der „Römer Schutz hatten. Ed. Berol.

rusticani, die Landleute, Bauern.

nihil aliud curant, *nisi* -- Elegantius, pro: maxime, s. unice curant - v. plura I. 24.

villula, ein Gütgen, Hö gen.

nummulus, Hellergen. Scita elegantia latet in ejusmodi Deminutivis. v. II. 25. mulierculæ, animula. it. homunculi. II. 31. gloriola.

Conversa res est, es hat sich alles umgekehrt, das Blatt hat sich gewandt.

illum, scil. Pompejum.

hunc, scil. Cæsarem.

peccatum. v. I. 38.

non possum sine molestia cogitare, ich kan nicht ohne Verdruß daran gedencken, (ich ärgere mich, so offt ich daran gedencke.)

Ss.

*

EPIST.

Epist. XLI. (Lib. XII. ep. 19. ad fam.) Cic. *M. T. C. Cornificio. S. D.*

Libentissime legi tuas litteras, in quibus jucundissimum mihi fuit, quod cognovi, meas tibi redditas esse. Non enim dubitabam, quin eas libenter lecturus esses: verebar, ut redderentur. Bellum, quod est in Syria, Syriamque provinciam tibi tributam esse a Cæsare, ex tuis litteris cognovi. Eandem rem tibi volo bene & feliciter evenire. Quod ita fore confido, fretus & industria & prudentia tua. Sed de Parthici belli suspicione quod scribis, sane me commovit. Quantum copiarum haberes, cum ipse conjectura consequi poteram, tum ex litteris tuis cognovi. Itaque

Ff.

Quod pro: Hoc. v. plura I. 8. *Quid* si.

Mm.

reddere alicui litteras, einem den Brief einhändigen. Dictio epistolaris propria; *dare* enim litteras dicitur is, qui scribit, *reddere*, qui tradit, aut perferendas eas curat. conf. Paus. II. 2. in C. Nepote nostro.

tribuere, auftragen, zuerkennen.

eam rem tibi volo bene & feliciter evenire, ich wünsche dir viel Glücks dazu.

hoc me commovit, das hat mich in Bestürtzung gesetzt., embrassiret.

quantum *copiarum*. Elegantius, pro: quantas copias. v. I. 2. *quid consilii*.

conjectura consequi possum, ich kan ohngefähr errathen, rechnen.

Ss.

volo evenire, pro: *ut* eveniat. vid. plura I. 12. *fieri placeret*.

opto,

opto, ne se illa gens moveat hoc tempore, dum ad te legiones eæ perducantur, quas audio duci. Quodsi pares copias ad confligendum non habebis, non te fugiet uti consilio M. Bibuli, qui se oppido munitissimo & copiosissimo tam diu tenuit, quam diu in provincia Parthi fuerunt. Sed hæc melius ex re, & ex tempore constitues. Mihi quidem usque curæ erit, quid agas, dum, quid egeris, sciero. Litteras ad te nunquam habui, cui darem, quin dederim. A te, ut idem facias, peto: in primisque, ut ita ad tuos scribas, ut me tuum sciant esse.

Ff.

Quodsi, pro simplici *si*. v. plura I. 17.

habui, *cui*, pro: habui aliquem, cui - Frequens & elegans illa Cic. Ellipsis epistolaris, de qua plura I. 5. *gratum.*

Mm.

perducere, völlig hinbringen.

duci, h. l. auf dem Wege seyn.

pares copiæ sunt, die Troupen sind gewachsen. Dictio militaris. conf. C. Nepos noster in Them. IV. 2.

non me fugit, ich weiß wohl.

consilio M. Bibuli. „Hiemit giebt er dem „*Bibulo* einen Stich, als welcher eben „zu der Zeit das *Pro-Consulat* in Syrien verwaltet hatte, als *Cicero Pro-Consul Ciliciæ* gewesen, und dem *Ciceroni* in allen entgegen gewesen. Ed. Berolin.

copiosissimum oppidum, eine Volck-reiche Stadt.

ex re, nach der Beschaffenheit der Sache selbst. v. I. 4.

ex tempore, pro: ex temporis circumstantiis, ut ajunt. conf. C. Nepos noster in Attic. XI. 4.

Mihi *quidem*. v. I. 5. ego *quidem*.

curæ mihi erit, quid agas, ich werde bekümmert seyn, was du machest.

usque, dum, so lange, bis. conf. C. Nepos noster in Epam. IX. 3.

quin, pro: cui non, Elegantius.

Ss.

*

Epist. XLII. (Lib. x. ep. 2. ad fam.) Cic.

M. T. C. Planco Imp. Conſ. Deſ. S. D.

MEum ſtudium honori tuo pro neceſſitudine noſtra non defuiſſet, ſi aut tuto in ſenatum, aut honeſte venire potuiſſem. Sed nec ſine periculo quisquam libere de rep. ſentiens verſari poteſt in ſumma impunitate gladiorum, nec noſtræ dignitatis videtur eſſe, ibi ſententiam de rep. dicere, ubi me & melius & propius audiant armati, quam ſenatores. Quapropter

Ff.

Pro, nach. Dictio epiſtolaris Cic. familiariſſima, de qua plura I. 21.

noſtræ, pro: meæ. v. plura I. 3. *Nos.*

Mm.

ſtudium, die Bemühung, Dienſt-Ergebenheit.

honeſte. v I. 29.

nec quisquam. Elegantius, pro: & nemo v. I 3.

in ſumma impunitate gladiorum, da die mördlichen Gewehre, oder vielmehr, wie er *per metonymiam* es meynet, der Mord ehrlicher Leute vollkommen frey iſt, und ungeſtrafft bleibet. Ed. Berol.

non eſt noſtræ dignitatis, es iſt meinem Stande und Anſehen nicht anſtändig, disreputirlich.

armati. Denn der *Antonius* hatte etliche Waghälſe aus Syrien, als *Satellites* oder Trabanten, um ſich in denen Raths-Verſammlungen, die *Cic. Philipp. 1. n.* 19. *Ithyreos* nennet, damit niemand mehr reden mögte im Rath, als ihm gelegen wäre. conf. l. c. cum not. Cellarii. Ed. Berolin.

Ss.

*

in

in privatis rebus nullum neque officium, neque ſtudium meum deſiderabis. Ne in publicis quidem, ſi quid erit, in quo me intereſſe neceſſe ſit, unquam deero, ne cum periculo quidem meo, dignitati tuæ. In iis autem rebus, qui nihilominus ut ego abſim, conſici poſſunt, peto a te, ut me rationem habere velis & ſalutis & dignitatis meæ. Vale.

Ff.

Si quid *erit*, in *quo* neceſſe ſit. Pro: Si qua in re neceſſe ſit. Familiaris illa elegantia Ciceronis, verbum *ſum*, ſequente pronom. *qui, quæ quod*, amplificationis cauſſa, pleonaſtice uſurpare. v. II. 1. (II. 18.) II. 19. II. 20. II. 22. (II. 25.) II. 31. &c. conf. C. Nepos noſter in præfat. §. 1. in *Mm.*

in iis autem rebus, pro: in iis rebus autem. v. plura I. 4. *quibus in rebus.*

Mm.

nullum officium meum deſiderabis, dir ſoll meine Dienſtfertigkeit in keinem Stücke entſtehen.

intereſſe, beywohnen. Not. h. l. præpoſ. *in*, *in quo*, pro: *cui* intereſſe.

ne cum periculo quidem. Elegantius, pro: ne quidem cum periculo. v. I. 14.

ut, pro quamvis.

rationem habere alicujus rei, etwas in Obacht nehmen, Reflexion auf was machen.

Ss.

intereſſe neceſſe ſit. pro: *ut* interſim neceſſe ſit. v. plura I. 12. *fieri placeret.*

me habere velis, pro: velis, *ut* habeam. v. ibid.

EPIST. XLIII (Lib. XII. ep. 17. ad fam.) Cic.

M. T. C. Cornificio Collegæ. S. D.

GRata mihi vehementer est memoria nostri tua, quam significasti litteris. Quam ut conserves, non quod de tua constantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi, rogo. Ex Syria nobis tumultuosiora quædam nuntiata sunt; quæ quia tibi sunt propiora, quam nobis, tua me caussa magis movent, quam mea. Romæ summum otium est, sed ita, ut malis salubre aliquod & honestum negotium. Quod spero fore, quia video id curæ esse Cæsari. Me scito, dum tu absis, quasi occasionem quandam & licentiam nactum scribere au-

Ff.

Quam ut- pro: ut eam. v. plura l. 8. *Qui* si *quæ* quia- pro: quia illa-iterum. v. l. c.

tua me caussa, pro: tua caussa me. v. plura l. 4. *quibus in rebus.*

Quod spero fore, pro: spero hoc fore. v. plura l. 8. *Qui* si.

Mm.

memoria nostri tua, dein gütiges Andencken an uns.

Quam ut - rogo. Concinna rogandi formula, quam millies imitere.

tumultuosiora quædam, einiger Aufstand, Tumult.

propiora. Denn der *Cornificius* stunde als *Pro C.* in *Africa,* und die Provintz Syrien stößt fast an Egypten. Ed Berol.

tua caussa, deinetha lben.

Romæ summum otium est, zu Rom ist gute Musse. Weil der *Cæsar* alles, wie es ihm allein beliebet, anordnet. Ed Berolin.

id curæ est mihi, ich lasse mir das angelegen seyn.

Ss.

*

dacius

dacius. Et cetera quidem fortasse, quæ etiam tu concederes. Sed proxime scripsi de optimo genere dicendi: in quo sæpe suspicatus sum, te a judicio nostro, sic scilicet, ut doctum hominem a non indocto, paullulum dissidere. Huic tu libro maxime velim, ex animo, si minus, gratiæ caussa suffragere. Dicam tuis, ut eum, si velint, describant, ad teque mittant. Puto enim, etiamsi rem minus probabis, tamen in ista

Ff.

Et cetera quidem fortasse, scil. sunt ea. Familiaris Cic. Ellipsis epistolaris, de qua plura l. 5. *gratum.*

nostro, pro: meo v. plura l. 3. *Nos.*

velim, pro: rogo. v. plura l. 2.

Mm.

cetera. Er meynet seine *Philosophica scripta.* Ed. Berolin.

dissidere a judicio alicujus, von jemandes Meynung abgehen, dissentiren.

sic, ut doctum hominem a non indocto, wie ein gelehrter Mann von dem andern öffters pflegt abzugehen. Not. h. l elegantia: *non indoctus*, pro: doctus; ita enim amant dicere: ut doctus a docto -- Deinde particulæ: *sic, ut*, omisso verbo *soleo*, cum accusativo constructæ: *doctum hominem* (scil. præcesserat accusativus *te*,) pro: sic, ut *doctus homo* a non indocto *solet.*

si minus, wo nicht, omissa post eam partic *tamen.*

ex animo, aus Ernst.

gratiæ caussa, ~~für die lange Weile, mir zu~~ Gefallen. v. II 31.

suffragari alicui rei, seine Approbation einer Sache geben.

ad teque, non: *adque* te. v. I, 21. *proque.*

Ss.

*

solitudine, quidquid a me profectum sit, jucundum tibi fore. Quod mihi existimationem tuam dignitatemque commendas, facis tu quidem omnium more: sed velim sic existimes, me cum amori, quem inter nos mutuum esse intelligam, plurimum tribuere, tum de summo ingenio, & de optimis tuis studiis, & de spe amplissimæ dignitatis ita judicare, ut neminem tibi anteponam, comparem paucos. Vale.

Ff.

Velim existimes, pro: rogo, ut existimes. Dictio epistolaris, de qua plura I. 2.

Mm.

solitudo, die Einsamkeit. Denn es gab damals in *Africa* nicht viele Gelehrten, mit welchen er hätte umgehen können. Ed. Berolin.

hoc a me profectum est. Diß kömmet von mir her, ich bin davon Auctor.

existimatio, der Glimpff, die Renommé. Barbare: *reputatio*. conf. C. Nepos noster in Agesi. IV. 3.

amor inter nos mutuus, die Liebe, so wir beyde gegen einander haben, unsere Gegen-Liebe. v. II. 5. conf. II. 18. mutuo diligere.

plurimum tribuo amori inter nos mutuo, ich thue viel um der Liebe willen, die wir beyde gegen einander haben, (um unserer Gegen-Liebe willen.)

Ss.

M. Tvl-

M. TVLLII CICERONIS
Epistolarum Selectarum
Lib. II.

Epist. I. (Lib. II. ep. 4. ad fam.) Cic. *M. T. C. Curioni S D.*

Epistolarum genera multa esse non ignoras: sed unum illud certissimum, cujus causa inventa res ipsa est, ut certiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire, aut nostra, aut ipsorum interesset. Hujus generis litteras a me profecto non expetis: tuarum enim rerum domesticarum habes & scriptores & nuntios. In meis autem rebus nihil est sane novi. Reliqua

p. 15 6.

DICTIONES Epist. I.

I. *Familiares.*
Certiorem facere aliquem. Epistolaris Cic. phrasis, de qua plura I. 3.
-esset, quod- v. plura I. 42.
-erit, in quo-

II. *Mediæ.*
non ignorare, wohl wiſſen.
si *quid.* Elegantius, pro: si aliquid.
interest nostra, es iſt uns daran gelegen.
interest ipsorum, es iſt ihnen dran gelegen.
res domesticæ, das Hauswesen, die Haushaltung.

III. *Singulares.*
*

sunt epistolarum genera duo, quæ me magnopere delectant: unum familiare & jocosum, alterum severum & grave. Utro me minus deceat uti, non intelligo. Jocerne tecum per litteras? Civem mehercule non puto esse, qui temporibus his ridere possit. An gravius aliquid scribam? Quid est, quod possit graviter a Cicerone scribi ad Curionem, nisi de Republica? Atque in hoc genere hæc mea caussa est, ut neque ea, quæ nunc sentio, velim scribere. Quamobrem quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est, utar ea clausula, qua soleo, teque ad studium summæ laudis cohorta-

Ff.

Quid *est, quod* possit scribi? Pro: Quid potest scribi? Familiaris iterum illa elegantia Cic. ubi verbum *sum*, seq. pronom. *qui, quæ, quod*, amplificationis caussa, pleonastice usurpat v. plura I 42. *erit, in quo*. conf. II, 18. II. 25.

Quamobrem. v. plura I. 23.

Mm.

unum, alterum. Pro: alterum, alterum. v. II. 23. conf. C. Nepos noster in Phoc. III. 1.

jocerne-*An*-Soll ich-oder- Elegans interrogatio epistolaris. v. I. 27. *Quid dicam?*

mehercule. v. I. 23.

hæc mea caussa est, es ist also mit mir bewandt.

scribit quæ sentit, er schreibt seine Teutsche Meynung.

scribendi argumentum, eine Art, Materie, zu schreiben.

qua soleo. v. I. 27. ut soles.

studium summæ laudis, die Bemühung des höchsten Ruhmes.

cohortabor. Eleganter clauditur Periodus per futurum I. & II. Conjugationis. conf. C. Nepos in præf. §. 2. *putabunt*.

Ss.

*

bor.

bor. Est enim tibi gravis adversaria constituta, & parata incredibilis quædam exspectatio: quam tu una re facillime vinces, si hoc statueris, quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus eæ laudes comparantur, in iis esse elaborandum. In hanc sententiam scriberem plura: nisi te tua sponte satis incitatum esse confiderem: & hoc, quidquid attigi, non feci inflammandi tui causſa, sed testificandi amoris mei. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
*	incredibilis exspectatio, eine grosse Hoffnung. Eleganter notio *incredibilis* pro: magnus usurpatur. v. II. 14. II. 20. II. 31.	*
	vincere exspectationem, die Hoffnung erfüllen. Er nannte zuvor die grosse Hoffnung, welche man von dem *Curio* machte, *gravem adversariam.* Aus dieser *Allegorie* fliesset *h. l.* die Redens-Art: *vincere* exspectationem, als eine Feindin. Sonst sagt man: *respondere* exspectationi. (v. ep. sequ.) Ed. Berolin.	
	quarum laudum — elaborandum. Hysteron proteron, pro: in iis artibus esse elaborandum, quibus eæ laudes comparantur, quarum gloriam adamaris.	
	elaborare in re aliqua, sich worinnen äusserſten Fleisſes bemühen.	
	in hanc sententiam, dieses Innhalts, von dieser Materie. conf. C. Nepos noster in Paus. l. 3.	
	incitare, inflammare, anfeuren, anreitzen.	

Epist. II. (Lib. II. ep. 5. ad fam.) Cic.

M. T. C. Curioni S. P. D.

HÆc negotia quomodo se habeant, ne epistola quidem narrare audeo. Tibi, etsi, ubicunque es, (ut scripsi ad te antea) in eadem es navi, tamen quod abes, gratulor: vel quia non vides ea, quæ nos: vel quod excelso & illustri loco sita sit laus tua, in plurimorum & sociorum & civium conspectu: quæ ad nos nec obscuro, nec vario sermone, sed & clarissima, & una omnium voce perfertur. Unum illud nescio, gratu-

Ff.

Eadem es navi, pro: eadem navi es. v. plura I. 4 *quibus in rebus.*

vel, vel. vid. plura I. 25.

Mm.

quomodo se habent *hæc* negotia? wie sind die gegenwärtigen Affairen beschaffen? v. I. 1.

ubicunque es, wo du immer seyn magst, du seyst, wo du wollest.

in eadem es navi, du hast mit uns, die wir zu Rom sind, einerley Gefahr auszustehen. Metaphorice, pro periculo. Ed. Berolin.

excelso & illustri loco sita est laus tua, dein Ruhm (den du als Quæstor Asiæ erlangest,) stehet gleichsam auf einem hohen und ansehnlichen Orte. Ed Berol.

in conspectu omnium, allen Leuten vor Augen.

obscurus sermo, ein schleichendes Gerüchte. Oppositum: clarissima vox, ein lautes (helles) Gerüchte.

varius sermo, ein ausgesprengtes Gerüchte, Spargement.

una omnium vox, ein einmüthiges Gerüchte.

Ss.

*

lerne

lerne tibi, an timeam, quod mirabilis est exspectatio reditus tui: non quo verear, ne tua virtus opinioni hominum non respondeat, sed mehercule, ne, cum veneris, non habeas jam, quod cures. Ita sunt omnia debilitata jam, prope & extincta. Sed hæc ipsa, nescio, recte sint litteris commissa; quare cognosces ex aliis. Tu tamen sive habes aliquam spem de rep. sive desperas: ea para, meditare, cogita, quæ esse in eo cive ac viro debent, qui sit remp. afflictam & oppressam miseris temporibus ac perditis moribus in veterem libertatem ac dignitatem vindicaturus. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
*	Mirabilis exspectatio reditus tui, ein unsgemeines Verlangen nach der Rückkehr.	*
	ne non, Elegantius, pro *ut*.	
	virtus tua opinioni hominum respondit, deine Tugend (Qualitæten) hat die gute Meynung der Leute erfüllet.	
	habeas, quod cures. Elegantius. pro: habeas aliquid curare, was zu schaffen haben. v. I. 1.	
	Ita. Elegans connectendi & simul judicandi vocula Ciceronis. v. II. 7. II. 23. conf. II. 19. *sic.* conf. C. Nepos noster in Lys. II. 1 in *Ff.*	
	omnia sunt debilitata jam, prope & exstincta, es ist itzt alles verderbt und fast auf die Neige kommen. *prope &*, elegantius, pro: & prope.	
	recte, sicher. v. I. 11.	
	sive, sive, du magst (es sey, daß-)-oder- Elegantes particulæ. v. II. 9 II. 13.	
	para, meditare, cogita. Elegans Asyndeton.	
	afflictus, unglückselig.	
	perditi mores, verderbte (gottlose) Lebens-Art.	
	in libertatem vindicare, in Freyheit setzen, erlösen.	

EPIST.

Epist. III. (Lib. x. ep. 9. ad Att.) Cic.

Cæsar Imp. M. Cic. Imp. S.

ETsi te nihil temere, nihil imprudenter facturum judicaram: tamen permotus hominum fama scribendum ad te existimavi, & pro nostra benevolentia petendum, ne quo progredereris, inclinata jam re, qua integra etiam progrediendum tibi non existimasses. Namque & amicitiæ graviorem injuriam feceris, & tibi minus commode consulueris, si non fortunæ obsecutus eris: (omnia enim secundissima nobis, adversissima illis accidisse videntur) nec causam secutus, (eadem enim tum fuit, cum ab eorum consiliis abesse debere judicasti,)

Ff.

(*Pro*, nach, Dictio epistolaris, de qua plura l. 21.

(*nobis*, pro: mihi. v. plura l. 3. *nos*.

Mm.

temere, ohne Ursache. v. C. Nepos noster in Attic. XX. 2.

imprudenter, aus Unbedacht.

quo progredi, h. l. sich zu einer Parthey schlagen.

inclinata res ejus est, es siehet schon sehr schlecht für ihn aus. Scil. h. l. Pompeji. Ed. Berolin.

res ejus integra est, es steht wohl um ihn, er ist gemachsen (dem Feinde.)

graviorem injuriam facere alicui, einem ein allzuschweres Unrecht (Beleidigung, Tort) beweisen.

si non, pro: nisi. v. C. Nepos noster in Hannib. II. 6.

fortunæ obsequi, sich in die Zeit schicken.

omnia secundissima, lauter Glück und Sonnenschein.

omnia adversissima illis acciderunt, sie haben weder Stern noch Glück. Scil. h. l. Pompejani.

causam sequi, seiner Parthey anhangen

(*Quid enim?* ſcil. dicam. Familiaris illa Ellipſis epiſtolaris. v. I. 5. *gratum.* (*tu non-tu non-non* - Anaphora epiſtolaris. v. I. 24. (*Quodſi*, pro ſimplici *ſi.* v. plura I. 17. (ex *quibus* aut - pro: aut in-ex his. v. I. 8. *Qui ſi.* (*velim.* v. plura I. 2.	lacrymis ac triſtitiæ ſe dare, ſich in Traurigkeit und Hertzeleid begraben. *nec* poſſum te *non* accuſare. v. I. 32. *non potui nihil-* ſi concedis, quod ſentimus, ut liberius dicam, ſo du mir erlaubeſt, meine Meynung frey (rund) herauszuſagen. *quid enim?* ja was? eleg. connectendi formula. v. II. 16. conf. I. 27. *quid dicam?* *aperta*, i. e. quod continuo ſequitur, *querelis quotidianis nihil eum proficere.* acumen, die Scharffſinnigkeit, eſprit fort. duplicare ſolicitudines, die Bekümmerniſſe (Chagrin) häuffen. elevare, ringern, mildern. *tua te*, v. II. 13. conf. I. 21. *eundem tibi.* *non aliquid*, pro: nihil v. I. 3. *neq; quidquam* ſi quid noſtra cauſſa vis, ſo du noch einige Liebe für mich haſt Eleg. formula petendi epiſtolaris v. I. 6. *ſi me diligis.* laxare ſe moleſtiis ſuis, ſich von ſeinen Bekümmerniſſen (Chagrin) losmachen. convictus, die Tiſch-Compagnie. obtundere, übertäuben.	*&* - ac. pro: *&*, *&*. Singular. locutio cf. II. 19. *neque*, *&*. *offendas*, pro: offendaris (es übel nehmeſt, unwillig drüber werdeſt.) Singularis locutio activa, pro paſſiva.

EPIST.

Epist. XVI. (Lib. v. ep. 15. ad fam.) Cic.

M. Cicero L. Luccejo Q. F. S.

OMnis amor tuus ex omnibus partibus se ostendit in his litteris, quas a te proxime accepi; non ille quidem mihi ignotus, sed tamen gratus & optatus: dicerem jucundus, nisi id verbum in omne tempus perdidissem; neque ob eam unam caussam, quam tu suspicaris, & in qua me leniss imis & amantissimis verbis utens, re graviter accusas, sed quod illius tanti vulneris, quæ remedia esse debebant, ea nulla sunt. Quid enim? ad amicosne confugiam? quam multi sunt? habuimus enim fere communes: quorum alii occiderunt, alii nescio quo

Ff.

Neque pro: & non. vid. plura I. 22

Quid enim, sc faciam? Ellipsis Cic. illa epistolaris frequens. v. I. 5. conf. epist. anteced.

Mm.

ex omnibus partibus, in allen Stücken, vollkom-
proxime, neulichst, jüngst. (men.
non *ille* quidem. Not. elegantia pronom. *ille*. conf. I. 5. ego *quidem*.
dicerem-nisi id verbum in omne tempus perdidissem. Elegans formula, affectus plena.
jucundus. *Gratus* & *jucundus* sind dergestalt von einander unterschieden: Es kan mir etwas (*gratum*) angenehm und gefällig seyn, das mich dennoch einer andern Unlust halber nicht recht lustig machen (i. e. *jucundum* seyn) kan, nach der Anmerckung der Philologorum: omne jucundum est gratum, sed non omne gratum est jucundum. Jedoch es ist zu mercken, daß der *Cicero* sich dann und wann so genau nicht bindet an diesen Unterscheid. v. epist. sequ.
quam tu suspicaris. scil. ob mortem Tulliæ:
leniss ima & amantissima verba, linde und liebreiche Worte.
re, in der That.
remedium, ein Mittel. Male: *medium*.
nullus, vergeblich eitel. *Quid enim?* v. II. 15.
ad amicos*ne*, non: ad*ne* amicos. v. I. 21. *proque*.
habemus communes amicos, wir haben einerley gute Freunde.
alii, alii, etliche, andere. occidere, umkommen.
nescio quo pacto. v. II. 9. nescio quo modo.

Ss.

*

pacto

pacto obdurverunt. Tecum vivere posſem equidem, & maxime vellem: vetuſtas, amor, conſuetudo, ſtudia paria: quod vinculum quaſi eſt noſtræ conjunctionis. Poſſumusque igitur eſſe una? nec mehercule intelligo, quid impediat: ſed certe adhuc non fuimus, cum eſſemus vicini in Tuſculano, in Puteolano. Nam quid dicam in urbe? in qua cum forum commune ſit, vicinitas non requiritur. Sed caſu neſcio quo, in ea tempora noſtra ætas incidit, ut, cum maxime florere nos oporteret, tum vivere etiam puderet. Quod enim poterat mihi eſſe perfugium, ſpoliato & domeſticis & forenſibus ornamentis atque ſolatiis? Litteræ, credo, quibus utor aſſidue. Quid enim aliud facere poſſum? ſed neſcio quo modo ipſæ illæ ex-

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Vetuſtas, amor, conſuetudo, ſtudia paria, ſcil. nobis ſunt. Iterum illa ellipſis Cic. epiſtolaris. v. I. 5. *gratum.* *Nec*, v. I. 22. *Neque enim. adhuc non fuimus*, ſc. *una.* Iterum Ellipſis v. l. 5. *gratum.* in *qua cum* - pro: cum in ea- v. plura I. 8. *Qui* ſi,	*obdurverunt*, haben ſich aus Hartnäckigkeit ein freywilliges Exilium zu erwählen reſolviret. Ed. Berolin. vetuſtas. v. II. 14. (bare, *conſuetudo*, pro converſatione, quam ajunt barbare, *quod* vinculum. Eleganter, pro: *hoc* vinculum- una beyſammen. adhuc. v. I. 3. caſu neſcio quo. v. ſupra: neſcio quo pacto. in ea tempora noſtra ætas incidit, wir treffen in die (wir ſind præ deſtiniret zu den) fatalen Zeiten. conf. C. Nepos noſter in Eum. I. 2. florere, im Flor ſeyn. etiam, auch ſo gar. *Quod enim poterat -?* litteræ, *credo*. Not. h. l. elegans connexio hujus periodi interrogativæ, in primisque verbum *credo*, quod apodoſin facit. conf. I. 27. *Quid dicam?* *& domeſticis* - Hier iſt eine *Trajectio*, und gehöret alſo zuſammen: & domeſticis ſolatiis (darunter er ſonderlich ſeine Tochter die *Tullia* verſteht,) und dann: & forenſibus ornamentis. Ed. Berolin. *neſcio quo modo*. v. II. 9. *ipſæ illæ*. Scitus Pleonaſmus. v. II. 11. *Ego idem*. conf. I. 21. *eundem tibi*.	*

cludere

cludere me a portu & perfugio videntur, & quasi exprobrare, quod in ea vita maneam, in qua nihil insit, nisi propagatio miserrimi temporis. Hic tu ea me abesse urbe miraris, in qua domus nihil delectare possit, summum sit odium temporum, hominum, fori, curiæ? Itaque sic litteris utor, in quibus consumo omne tempus, non ut ab his medicinam perpetuam, sed ut exiguam doloris oblivionem petam. Quodsi id egissemus ego atque tu, quod ne in mentem quidem nobis veniebat propter quotidianos metus: omne tempus una fuissemus, neque me valetudo tua offenderet, neque te mœror meus. Quod, quantum fieri poterit, consequamur. Quid enim est utrique nostrum aptius? Propediem igitur te videbo. Vale.

Ff.

(*Quodsi*, pro simplici *si*. v. plura l. 17.

Quod quantum - pro: Quantum hoc - v. plura l. 8. *Qui* si.

Mm.

nihil *insit*, pro: *sit*. Elegantius.

propagatio temporis, die Passirung der Zeit, (Zeit-Vertreib.) Barbare: *prolongatio*. v. II. 28. *prolatio* temporis. *Hic*. Elegans connectendi vocula v. II. 19. conf. C. Nepos noster in Milt. III. 3. in *Ff.*

nihil delectare, pro: *non* delectare. v. I. 14.

consumere omne tempus in litteris, alle seine Zeit im Studiren zubringen. v. II. 11.

non-sed. Elegantes particulæ judicandi. v. II. 19. II. 25. conf. C. Nepos noster in Milt. II. 5.

valetudo tua, deine Kränklichkeit. v. epist. anteced. sub initium.

offendit hoc me, ich werde unwillig hierüber. conf. II. 15. ad fin.

quantum fieri potest, so viel möglich ist. Barbare: *possibile est*. conf. C. Nepos noster in Alcib. IX. 4.

Quid est - interrogatio epistolaris, v. I. 27. *Quid dicam?*

propediem, ehestes Tages.

Ss.

*

EPIST.

Epist. XVII. (Lib. x ep. 3. ad fam.) Cic.

Cicero Planco Imp. Cos. Des. S.

CUm ipsum Furnium per se vidi libentissime, tum hoc libentius, quod illum audiens, te videbar audire. Nam & in re militari virtutem, & in administranda provincia justitiam, & in omni genere prudentiam mihi tuam exposuit: & præterea mihi non ignotam in consuetudine & familiaritate suavitatem tuam adjunxit: præterea summam erga se liberalitatem. Quæ omnia mihi jucunda, hoc extremum etiam gratum fuit. Ego, Plance,

Ff.

Prudentiam mihi tuam. v. plura I. 4. *quibus in rebus.*

Mm.

per se, an sich selbst. v. II. 25.

hoc libentius. v. II 6.

Nam & - dieser schöne *Periodus* ist vor andern merckwürdig, weil er eine gantze *ideam perfecti politici* geben kan. Ed. Berolin.

in *administranda* provincia, in Verwaltung der Provintz. Utuntur Latini Gerundiis & Gerundivis, ubi nostrates Substantivis in ung desinentibus. v. II. 18. II. 31. conf. C. Nepos noster in præf. §. 3. in *exponendis.*

in omni genere, in allen Stücken. v. II. 9.

&, &, &, - Polysyndeton elegans.

exponere, erzehlen. v C. Nepos noster in præf §. 8. cum præpos. *de.*

non ignotus. Elegantius, pro: notus: v. II. 12. *non minimam.*

suavitas, die Annehmlichkeit.

liberalitas, die Milde, Generosité.

gratum. v. II. 16. *jucundus.* Hier aber bindet sich der Cicero nicht an diesen Unterscheid, wenn er sie verwechselt und schreibt: *Quæ omnia mihi jucunda* (statt grata) *hoc extremum etiam gratum* (statt jucundum) fuit. cf. I.

Ss.

per se vidi. Singulare quid, at elegans est, quod reciprocum *se* primæ personæ jungitur. conf. II. II. 25. in *Mm.*

ne-

necessitudinem constitutam habui cum domo vestra ante aliquanto, quam tu natus es: amorem autem erga te ab ineunte pueritia tua, confirmata jam ætate, familiaritatem cum studio meo, tum judicio tuo constitutam. His de caussis mirabiliter faveo dignitati tuæ, quam mihi tecum statuo esse communem. Omnia summa consecutus es, virtute duce, comite fortuna, eaque es adeptus adolescens, multis invidentibus, quos ingenio industriaque fregisti. Nunc me amantissimum tui, nemini concedentem, qui tibi vetustate necessitudinis potior possit esse, si audies, omnem tibi reliquæ vitæ dignitatem ex optimo reip. statu acquires. Scis profecto (nihil enim te fugere potuit) fuisse quoddam tempus, cum homines existimarent, te nimis servire temporibus. Quod ego quoque

Ff. *Mm.* *Ss.*

necessitudinem constitutam habere cum domo alicujus, eine nahe Verbindung treffen mit iemandes Hause. *

ante zuvor, ante aliquanto, kurtz zuvor. v. II. 8. non multo ante. conf. C. Nep. nost. in Paus. III. 1.

ab ineunte pueritia, von der zarten Kindheit an.

confirmata ætate, da du ein Jüngling und nun ein Mann worden.

His de caussis, in Betrachtung dessen. Elegans connectendi formula. conf. C. Nepos noster in Milt. VI. 2. *ob eam caussam.* in *Ff.*

mirabiliter, pro: valde. v. I. 23. mirifice.

quam mihi tecum. v. I. 21. *eundem tibi.*

omnia summa consecutus es, du hast es hochgebracht, den höchsten Gipfel erreichet.

ingenium, die Gemüths-Kräffte, Esprit.

frangere, i. e. superare. cf. C. Nep. nost. in Them. I. 3.

nemini concedo. *qui*-Elegantius, pro: ut-*audire.* Mollis dictio, pro obtemperare.

hoc me non fugit, ich weiß gar wohl.

nimis servire temporibus, sich allzu sehr in die Zeit schicken, den Mantel nach dem Winde hängen. Er meynet, daß er dem *J. Cæsari* gar zu sehr geheuchelt. Ed Berol.

Quod ego. v. I. 21. *eundem tibi.* existi-

existimarem, te si ea, quæ patiebare, probare etiam arbitrarer. Sed cum intelligerem, quid sentires, te arbitrabar videre, quid posses. Nunc alia ratio est; omnium rerum tuum judicium est, idque liberum. Consul es designatus, optima ætate, summa eloquentia, maxima orbitate reip. virorum talium. Incumbe per Deos immortales in eam curam & cogitationem, quæ tibi summam dignitatem & gloriam afferat. Unus autem est, hoc præsertim tempore, per tot annos rep. devexata, reip. bene gerendæ cursus ad gloriam. Hæc amore magis impulsus scribenda ad te putavi, quam quod arbitrarer, te monitis & præceptis meis egere. Sciebam enim ex iisdem te hæc haurire fontibus, ex quibus ipse hauseram. Quare modum faciam. Nunc tantum significandum putavi, ut potius amorem tibi ostenderem meum, quam ostentarem prudentiam. Interea, quæ ad dignitatem tuam pertinere arbitrabor, studiose diligenterque curabo. Vale.

Ff.	Mm.	Ss.
*	Nunc alia ratio est, nun siehet es anders aus.	*
	maxima orbitate reip. virorum *talium*, da der Röm. Staat an dergleichen habilen Männern grossen Mangel hat. Notio *talis* emphatica. v. plura II. 12. *talem.*	
	per Deum immortalem, ums Himmels willen. v. II. 20.	
	incumbere in curam aliquam. v. II. 14.	
	Unus cursus. Elegantius, pro: unicus, der eintzige Weg. v. plura II. 17.	
	impulsus Participium eleganter Pleonasticum. v. plura I. 29. *adductus.*	
	præcepta, die Lehren, Lectiones.	
	iisdem te hæc. v. I. 21. *eundem tibi.*	
	Quare modum faciam, so will ich schliessen, abstrahiren. Elegans concludendi formula.	
	studiose diligenterque, mit Rath u. That	

Epist. XVIII. (Lib. x. ep. 4. ad fam.) Cic.

Plancus Ciceroni S. P. D.

Gratissimæ mihi tuæ litteræ fuerunt, quas ex Furnii sermone te scripsisse animadverto. Ego autem præteriti temporis excusationem affero, quod te profectum audieram: nec multo ante rediisse scivi, quam ex epistola tua cognovi. Nullum enim in te officium, ne minimum quidem, sine maxima culpa videor posse præterire: in quo tuendo habeo causas plurimas, vel paternæ necessitudinis, vel meæ a pueritia observantiæ, vel tui erga me mutui amoris. Quare, mi Cicero, quod mea tuaque patitur ætas, persuade tibi, te unum esse, in quo ego colendo patriam mihi constituerim sanctitatem. Omnia igitur tua consilia mihi non magis prudentiæ plena, quæ summa est, videntur, quam fidelitatis, quam ego ex mea conscientia meti-

Ff.

(*Nullum in te officium*, pro: Nullum officium in te. v. I 4. *quibus in rebus.* (*vel, vel, vel.* v. I. 25.

Mm.

ex Furnii sermone, aus des Furnii Munde.

non multo ante v. II. 17. ante aliquanto. (tung.

officium, die Pflicht der Höflichkeit, Ehrerbie-

nullum, *ne minimum quidem*-Elegantissima exaggerandi formula: *ne minimus quidem*, quæ notioni *nullus* jungitur cf. II. 12. omnibus, *etiam*

culpa, ein Fehler, Faute. (*minimis.*

in quo *tuendo*, zu dessen Werthschätzung. v. plura II. 17. in *administranda.*

mutuus amor. v. I. 43.

mea ætas patitur, mein Alter bringet es mit sich.

unus, pro: solus, s. unicus, s. ante alios. Elegantius v. II. 19. II. 26. II. 28. II. 31. &c. conf. C. Nep. nost. in Milt I. 1. *unus* omnium. in *Ff.*

in quo *colendo*. v. supra: in quo *tuendo.*

patria sanctitas, die Heiligkeit eines Vaters.

non magis, quam nicht sowol, als. v. II. 31. conf. Milt. II. 2. in *Ff.* v. I 30. *non minus, quam.*

quæ summa est Elegans formula, pro: prudentiæ summæ. v II. 9 *quæ sunt* miserrima.

ex mea conscientia metior tuam fidelitatem, gleichwie ich mir nichts anders bewust bin, als daß ich es treu mit dir meyne, also urtheile ich auch eben solches von dir, wenn du einen Rath giebest. Ed. Berol.

Ss.

*

01.

or. Quare si aut aliter sentirem, certe admonitio tua me reprimere, aut si dubitarem, hortatio impellere posset, ut id sequerer, quod tu optimum putares. Nunc vero quid est, quod me in aliam partem trahere possit? Quæcunque in me bona sunt, aut fortunæ beneficio tributa, aut meo labore parta, & si a te propter amorem carius sunt æstimata, tamen vel inimicissimi judicio tanta sunt, ut præter bonam famam nihil desiderare videantur. Quare hoc unum tibi persuade, quantum viribus eniti, consilio providere, auctoritate movere potuero, hoc omne reip. semper futurum. Non est ignotus mihi sensus tuus,

Ff.

(Quid *est, quod* possit? pro: quid potest? v. plura de hac familiari Cic. elegantia, I. 42.-*erit in quo* - conf. II. 1.

Mm.

reprimere, abziehen, abhalten.

in aliam partem trahere, auf andere Meynung (zu einer andern Parthey) bringen.

carius, allzu wehrt, allzu hoch. conf. C. Nepos noster in Them. I. 2. *liberius.*

vel inimicissimi, auch (wol) meines Tod-Feindes. v. plura I. 11. *vel* in concione.

nihil *præter* - Elegantius, pro: nihil, nisi. v. II. 19. &c. conf. C. Nepos noster in Milt. V. 1.

bona fama, das gute Gerüchte. (Weil er des *Cæsaris* Parthey, und also die Gegen-Parthey der *Republique* stets eiffrig gehalten hatte. Ed. Berolin.

hoc *unum*. v. supra: *unus*.

quantum viribus eniti, consilio providere, auctoritate movere potuero, so viel in meinen Kräfften seyn wird. Elegans promittendi formula.

hoc omne. Elegantius, pro: hæc omnia.

hoc omne erit tuum, diß alles werde ich dir aufopffern.

non ignotus: Elegantius, pro: notus. v. plura II. 12. *non minimam*.

Ss.

*

neque si facultas, optabilis mihi quidem, tui præsentis esset, unquam a tuis consiliis discreparem: nec nunc committam, ut ullum meum factum reprehendere jure possis. Sum in exspectatione omnium rerum, quid in Gallia citeriore, quid in urbe mense Januario geratur, ut sciam. Interim maximam hic solicitudinem curamque sustineo, ne inter aliena vitia hæ gentes nostra mala suam putent occasionem. Quodsi proinde, ut ipse mereor, mihi successerit, certe & tibi, cui maxime cupio, & omnibus viris bonis satisfaciam. Fac valeas, meque mutuo diligas.

p. 144 N. 5.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
(*Committam ut-* v. I. 1. *fac, ut-* conf. I. 16.	si facultas tui præsentis esset, so ich das Glück haben könte, deiner in Person zu geniessen. Elegantius: *tui præsentis*, pro: tuæ præsentiæ.	*
(*Quodsi*, pro simplici *si.* v. plura I. 17.	optabilis mihi quidem, so für mich gewiß zu wünschen wäre. v. I. 5 ego *quidem.*	
(*Fac* valeas, pro simplici: *vale.* v. plura I. 1. *fac ut--*	*neque* (non) *unquam*, pro: & nunquam. v. I. 23.	
	discrepare a consiliis alicujus, iemandes Anschlägen zuwider seyn.	
	ut *ullum.* Elegantius, pro: ut aliquod. v. I. 17. si *ulla.*	
	sum in exspectatione. Elegantius, pro: exspecto, mich verlanget sehr.	
	maximam solicitudinem sustineo, ich stehe ungemeinen Kummer aus.	
	nostra mala suam putant occasionem, sie wollen von unserm Unglücke profitiren, auf unsre Unkosten sich glücklich machen. Elegans phrasis: *suum putare*, i. e. uti, frui.	
	proinde, ut- seq. indicativo, so (eben so) als. v. II. 30. cf. C. Nep. nost. in Lys. II. 2.	
	successit mihi, es ist mir gelungen.	
	maxime tibi cupio, ich will dir hertzlich wohl.	
	vir bonus, ein Patriot.	
	mutuo aliquem diligere, einem mit Gegen-Liebe zugethan seyn.	

EPIST.

Epist. XIX. (Lib. iv. ep. 7. ad fam.) Cic.

M. T. C. M. Marcello S. D.

ETsi eo te adhuc consilio usum intelligo, ut id reprehendere non audeam, non quin ab eo ipse dissentiam, sed quod ea te sapientia esse judicem, ut meum consilium non anteponam tuo: tamen & amicitiæ nostræ vetustas, & tua summa erga me benevolentia, quæ mihi jam a pueritia tua cognita est, me hortata est, ut ea scriberem ad te, quæ & saluti tuæ conducere arbitrarer, & non aliena esse ducerem a dignitate. Ego eum te esse, qui horum malorum initia multo ante videris, qui consulatum magnificentissime atque optime gesseris, præclare memini: sed idem etiam illa vidi, neque te consilium

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Eo te adhuc *consilio.* vid. I. 4. *quibus in rebus.*	*eo te.* v. I. 21. *eundem tibi.*	*
	adhuc. v. I. 3.	
	non-sed- v. II. 16.	
eum te *esse, qui* videris. pro: te vidisse. v. plura I. 42.	*quin*, i. e. quod non-	
	non dissentire ab aliquo, es mit einem halten.	
si quid *erit*--	hoc saluti tuæ *conducit.* Elegantius, pro: hoc salutare tibi est.	
	non alienum hoc est a dignitate tua, diß ist deinem Stande und Ansehen nicht zuwider. conf. C. Nepos Milt. VI. 1.	
	eum- „dieser *M. Cl. Marcellus*, dem bey „der grossen Macht und dem bey den „meisten *Nationen* anwachsenden „Ansehen des *Cæsaris* nicht wohl zu „Muthe war, hat am ersten als *Consul* im Rath vorgetragen, *ut Cæsari „succederetur ante tempus, ne absentis ratio in comitiis haberetur*, worü„ber das *bellum civile* angieng. E. Ber.	
	ante, Adverbialiter, zuvor.	
	præclare memini, ich weiß (gedencke) es noch gar zu wohl.	

civilis belli ita gerendi, neque copias Cn. Pompeji, nec genus exercitus probare, semperque summe dissidere. Quæ in sententia me quoque fuisse, memoria tenere te arbitror. Itaque neque tu multum interfuisti rebus gerendis, & ego id semper egi, ne interessem. Non enim iis rebus pugnabamus, quibus valere poteramus, consilio, auctoritate, caussa, quæ erant in nobis superiora, sed lacertis & viribus, quibus pares non eramus. Victi sumus igitur, aut, si vinci dignitas non potest, fracti certe & abjecti: in quo tuum consilium nemo potest non maxime laudare, quod cum spe vincendi simul abjecisti certandi etiam cupiditatem: ostendistique sapientem & bonum civem initia belli civilis invitum suscipere, extrema non libenter persequi. Qui non idem consilium,

Ff.

Qua in sententia, pro: in hac sententia. v. I. 8. *Qui fi.*

Mm.

Ita, i. e. mit Verlassung der Stadt Rom, welches das grösseste Verse hen des *Pompeji* war, worüber auch *Cicero* immer klaget Ed. Ber.

memoria tenere. Elegantius, pro: meminisse.

superiorem esse, überlegen, bastant seyn.

dictio militaris. v. C. Nepos Dat. IIX 4.

parem esse, gewachsen seyn, dictio militaris v. C Nepos. Them. IV, 2.

frangere, schwächen, abjicere, niederschlagen.

nemo potest non laudare, alle Welt muß loben.

civis, ein Patriot.

initia, extrema. Oppositа.

Ss.

neque, *&* singularis locutio; Alibi: *neque*, *neque*, v. II. 21. II. 25. II. 16.

nemo non, pro: omnes. Singularis elegantia. (conf. II. 27. *nunquam non*) v. C. Nepos Attic. X. 1. XI. 1. XII. 1.

quod

quod tu, secuti sunt, eos video in duo genera esse distractos: aut enim renovare bellum conati sunt, & hi se in Africam contulerunt; aut, quemadmodum nos, victori sese crediderunt. Medium quoddam tuum consilium fuit, qui hoc fortasse humilis animi duceres, illud pertinacis. Fateor a plerisque, vel dicam ab omnibus, sapiens tuum consilium, a multis etiam magni ac fortis animi judicatum. Sed habet ista ratio, ut mihi quidem videtur, quendam modum: præsertim cum tibi nihil deesse arbitrer, ad tuas fortunas omnes obtinendas, præter voluntatem. Sic enim intellexi, nihil aliud esse, quod dubitationem afferret ei, penes quem est potestas, nisi quod vereretur, ne tu illud beneficium

Ff.

Esse, *quod* afferret - pro: - afferre - v. I. 42. si quid *erit*, in *quo*--

de *quo* quid pro: quid de hoc - v. I. 8. *Qui* si.

Mm.

victori se credere, sich in die Discretion des Uberwinders ergeben.

medium quoddam tuum consilium fuit, dein Entschluß hält (trifft) die Mittel-Straße.

hoc est humilis animi, diß stehet einem niederträchtigen Gemüthe zu. Genuina significatio notionis *humilis*. conf. C. Nepos præf. §. 5.

vel dicam, ja ich will sagen. v. I. 11. *vel* in concione.

ratio. v. C. Nepos Milt. III. 7.

ut mihi *quidem* videtur, nach meinem wenigen Bedüncken. v. II. 14. meo quidem judicio. conf. I. 5. ego *quidem*.

habet hoc quendam modum, diß hat seine Schrancken und Maasse.

nihil *præter* - pro: nihil nisi. v. II. 18.

nihil aliud esse, quod dubitationem afferret. Elegantius pro: unum hoc, s. hoc maxime dubitationem afferre. v. I. 24. *nihil aliud*--

Ss.

*

omnino non putares: de quo quid sentiam, nihil attinet dicere, cum appareat, ipse quid fecerim. Sed tamen si jam ita constituisses, ut abesse perpetuo malles, quam ea, quæ nolles, videre: tamen id cogitare deberes, ubicunque esses, te fore in ejus ipsius, quem fugeres, potestate. Qui si facile passurus esset, te carentem patria & fortunis tuis quiete & libere vivere: cogitandum tibi tamen esset, Romæne & domi tuæ, cujusmodi res esset, an Mitylenis aut Rhodi malles vivere. Sed cum ita late pateat ejus potestas, quem veremur, ut terrarum orbem complexa sit, nonne mavis sine periculo domi tuæ esse, quam cum periculo alienæ? Equidem etiam si oppetenda mors esset, domi atque in patria mallem, quam in externis atque alienis locis. Hoc idem omnes, qui te diligunt, sentiunt: quorum est magna pro tuis maximis clarissimisque virtutibus multitudo.

Ef. Mm. Ss.

Qui si. pro: si ille- v. I. 8.

omnino non, mit all nicht, durchaus nicht. Elegantius, pro simplici *non*. cf. C. Nepos Pelop. II. 3.

nihil attinet dicere. v. I. 35.

pro, nach. v. plura I. 21.

ejus ipsius, scil. Cæsaris. Scitus Pleonasmus. v. II. 16.

si, pro: etsi.

facile patior, ich kan es gerne leiden.

cujusmodi res est, unser Zustand (Staat) mag seyn, wie er will.

„*Mitylenæ* war eine berühmte Stadt auf der „Insul *Lesbon*, so nebst der Insul *Rhodus* und „der Stadt Athen wegen der *Studien* in son„derlichem Ruhm war; dahin verfügte sich „der gute *Marcellus*, und gedachte durch das „*Studiren* die Melancholey zu vertreiben. Ed. Berol.

late patet potestas ejus, seine Macht erstreckt sich (weit.

domi tuæ, non: in domo tua - v. II. 24. conf. Lys. III. 5. *in domo* ejus. (hen.

oppetere mortem, den Tod leiden, in den Tod ge-

Hoc idem. Elegans Pleonasmus. v. II. 24. II. 25. conf. C. Nepos Milt. VI. 4.

Habe-

Habemus etiam rationem rei familiaris tuæ, quam dissipari nolumus. Nam etsi nullam potest accipere injuriam, quæ futura perpetua sit: propterea quod neque is, qui tenet rempublicam, patietur, neque ipsa respublica: tamen impetum prædonum in tuas fortunas fieri nolo. Hi autem qui essent, auderem scribere, nisi te intelligere confiderem. Hic te unius solicitudines, unius etiam multæ & assiduæ lacrymæ C. Marcelli, fratris optimi deprecantur: nos cura & dolore proximi sumus, precibus tardiores, quod jus adeundi, cum ipsi deprecatione eguerimus, non habemus. Gratia tantum possumus, quantum vicli. Sed tamen consilio, studio, Marcello non desumus: a tuis reliquis non adhibemur: ad omnia parati sumus. Vale.

Ff.

Unius - unius - Anaphora epistolaris. v. plura l. 24. *quid - quid - quid - nos*, pro: ego. v. plura l. 3.

quantum vicli, scil. possunt. Ellipsis Cic. epistolaris. v. l. 5. *gratum.*

Mm.

res familiaris, das Vermögen, Haab und Gut. conf. C. Nep. Attic. II. 3. IV. 3.

„*prædonum*. Er verstehet hierunter „allerhand nothdürfftige und verwegene Leute von des *Cæsaris* Anhang, welche des *Pompeji* und der „*Pompejanorum* Güter bey dem *Cæsare* auszubitten, oder zu *subhasti*„ren pflegten. Ed. Berol.

impetum facere in fortunas alicujus, in jemandes Güter einen Eingriff thun. *Hic.* v. II. 16.

unius, pro: solius, f. ante alios. v. plura II. 18. *unus.*

assiduæ lacrymæ, unaufhörliche Thränen.

deprecari aliquem, für einen bitten, *deprecatio*, die Fürbitte. Barbare: abbitten, Abbitte. conf. C. Nepos Attic XII. 2.

non deesse alicui, einem beystehen.

Sr.

dissipari *nolumus*, pro: *ut* dissipetur. v. plura I. 12 *fieri placeret.*

fieri *nolo*, pro: *ut* fiat. v. l. c.

Epist. XX. (Lib. x. ep. 5. ad fam.) Cic.

Cicero Planco.

Binas a te accepi litteras eodem exemplo: quod ipsum argumento mihi fuit diligentiæ tuæ. Intellexi enim te laborare, ut ad me tuæ exspectatissimæ litteræ perferrentur. Ex quibus cepi fructum duplicem, mihique in comparatione difficilem ad judicandum, amoremne erga me tuum, an animum in remp. pluris æstimandum putarem. Est omnino patriæ caritas meo quidem judicio maxima: sed amor voluntatisque conjunctio plus certe habet suavitatis. Itaque commemoratio tua paternæ necessitudinis benevolentiæque ejus, quam erga me a puericia contulisses, ceterarumque rerum, quæ ad eam sententiam pertinebant, incredibilem mihi lætitiam attulerat. Rurfus declaratio animi tui, quem haberes de republ. quemque habiturus esses, mihi erat

---

Ff.

Binas a te litteras, pro: Binas litteras a te- v. I. 4. *quibus in rebus.*

laborare, *ut-* v. I. 1. *fac, ut-*

Mm.

Binæ litteræ, non: duæ litteræ. conf. C. Nepos Attic. XIIX. 6. *quaternis*, *quinisque* versibus.

binæ litteræ eodem exemplo, zween Briefe von einerley Copey. v. I. 34.

hoc argumento mihi fuit diligentiæ tuæ, diß iſt mir ein Beweisthum deines Fleiſſes geweſen.

fructus, das Vergnügen.

in comparatione, in Vergleichung, en comparaiſon.

ne, *an*, ob, oder.

animus, die Neigung.

meo quidem judicio v. II. 14.

voluntatis conjunctio, die Ubereinſtimmung der Gemüther guter Freunde.

cetera, quæ ad eam ſententiam pertinent, das übrige dieſes Innhalts. conf. C. Nepos. Paul. I. 3. (v. II. 1.

incredibilis, Elegantius, pro: magnus.

Rurſus, ferner, weiter. Connect. vocula.

declaratio, die Erklärung.

Ss.

*

ju-

jucundissima: eoque major erat hæc lætitia, quod ad illa superiora accedebat. Itaque te non hortor solum, mi Plance, sed plane etiam oro, quod feci iis litteris, quibus tu humanissime respondisti, ut tota mente omnique animi impetu in remp. incumbas. Nihil est, quod tibi majori fructui gloriæque esse possit: nec quidquam ex omnibus rebus humanis est præclarius, aut præstantius, quam de republ. bene mereri. Adhuc enim patitur tua summa humanitas & sapientia, me, quod sentiam, libere dicere. Fortuna suffragante videris res maximas consecutus: quod quanquam sine virtute non potuisses, tamen ex maxima parte ea, quæ es adeptus, fortunæ temporibusque tribuuntur. His temporibus difficillimis reip. quidquid subveneris, id erit totum & proprium tuum. Incredibile est omnium civium, latronibus exceptis, odium in Antonium: magna spes in te & in tuo exercitu, magna exspectatio, cujus, per Deos, gratiæ gloriæque cave tempus amittas. Sic moneo, ut filium, sic faveo, ut mihi, sic hortor, ut & pro patria, & amicissimum. Vale.

Ff.

Nihil *est, quod* esse possit-pro: Nihil potest esse- v. I. 42. si quid *erit*, in *quo-*

quod quanquam - pro: quanquam hoc - v. I. 8.

Qui si.

cujus cave tempus- pro: cave tempus hujus - v. I. c.

magna, magna-sic-sic-sic- Anaphora epistolaris. v. I. 24.

quid - quid-

Mm.

superior, der vorige.

tota mente omnique animi impetu *incumbere in* rem aliquam, die gantze Krafft seines Geistes und Gemüthes auf etwas spendiren. v. II. 14. incumbere *ad-*

nec quidquam, Elegant. pro: & nihil. v. I. 3

nec quidquam *præclarius*, pro: hoc præclarissimum. v. plura I. 19. *nihil amabilius.*

adhuc. v. I. 3.

libere dicere, frey (rund) heraus sagen.

fortuna suffragante, durch des Glückes Beystand.

ex maxima parte, gröstentheils.

difficilis, gefährlich, elend.

quidquid subveneris. Elegans Latinismus, pro: qua in re, s. quacunque--

incredibile. Elegant. pro: magnum. v. II. 1.

excepto illo, ausgenommen dieser.

latronibus. conf. II. 19. *prædonum.*

exspectatio. v. II. 1. *per Deum.* v. II 17.

Ss.

patitur me dicere, pro: *ut* dicam. v. I. 12. *fieri* placeret.

EPIST.

EPIST. XXI. (Lib. x. ep. 6, ad fam.) Cic.

Cicero Planco.

QUæ locutus est Furnius noster de animo tuo in remp. ea gratissima fuerunt senatui, Populoque Rom. probatissima: Quæ autem recitatæ sunt litteræ in senatu, nequaquam consentire cum Furnii oratione visæ sunt. Pacis enim auctor eras, cum collega tuus, vir clarissimus, a fœdissimis latronibus obsideretur, qui aut positis armis pacem petere debent, aut si pugnantes eam postulant, victoria pax, non pactione, parienda est. Sed de pace litteræ vel Lepidi, vel tuæ, quam in partem acceptæ sint, ex viro opti-

Ff.

Vel, vel. v. I. 25. *quam in partem* - pro: in quam partem - v. I. 4. *quibus in rebus.*

Mm.

animus, die gute Neigung. v. II. 20.

probatissimum hoc mihi est, dis gefällt mir ungemein.

auctor sum hujus rei, ich rathe hiezu.

collega, nemlich der *Decimus Brutus*, den der *Antonius* in der Stadt *Mutina*, itzo *Modena*, belagert hielte. Ed. Berolin.

latronibus. v, II. 20. II. 19. *prædonum.*

positis armis pacem petit, er legt die Waffen nieder, und bittet um Gnade.

victoria pax parienda est, der Friede muß durch den Sieg erfochten werden. conf. C. Nepos Epam. V. 3.

pactio, Friedens-Handlung, Tractaten.

quam in partem acceptæ sunt litteræ meæ? wie ist mein Brief aufgenommen, wohl oder übel? v. II. 29. in utramque partem.

Ss.

nec, & - v. II. 19. *neque &*

mo

mo, fratre tuo, & C. Furnio potes cognoscere. Me autem impulit tui caritas, ut, quanquam nec tibi ipsi consilium deesset, & fratris Furniique benevolentia, fidelisque prudentia tibi præsto esset futura, vellem tamen meæ quoque auctoritatis pro plurimis nostris necessitudinibus præceptum ad te aliquod pervenire. Crede igitur mihi, Plance, omnes, quos adhuc gradus dignitatis consecutus sis, (es autem adeptus amplissimos) eos honorum vocabula habituros, non dignitatis insignia, nisi te cum libertate populi Rom. & cum senatus auctoritate conjunxeris. Sejunge te, quæso, aliquando ab iis, cum quibus te non judicium tuum, sed temporum vincula conjunxerunt. Complures in perturbatione Reip. Consules dicti, quorum nemo consularis habitus, nisi qui animo exstitit in remp. Consulari. Talem te igitur esse oportet, qui primum te ab

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
pro, nach, Krafft, v. plura l. 21.	necessitudines, nahe Verbindungen.	*vellem* pervenire pro: *ut* perveniret, v. l. 12. *fieri placeret.*
	adhuc v. I. 3.	
	honorum vocabula, Ehren-Titul (leere Titul.)	
Crede mihi, v. plura l. 26.	*non sed* v. II. 16.	
	judicium, der Vorsatz, Wohlbedacht.	
	„*Consules* - Er zielet hiedurch auf die „Zeit, da *J. Cæsar* die Freyheit der „*Republique* unterdrücket, und das „völlige Ruder in Händen hatte; da „er denn auf etliche Jahre hinaus, „wider die Gewohnheit, Burgemeister ernennete. Ed Berol.	
	talem esse, sich also aufführen.	
	primum, zum ersten, *deinde* zum andern, *postremo*, zum dritten. Plura numerandi ratio Latina. v. II. 19. II. 31. conf. I. 37. (in *Si.*) *secundo* loco.	

im-

impiorum civium tui dissimillimorum societate sejungas: deinde & senatui, bonisque omnibus auctorem, principem, ducem præbeas: postremo, ut pacem esse judices non in armis positis, sed in abjecto armorum & servitutis metu. Hæc si & ages, & senties, tum eris non modo consul & consularis, sed magnus etiam consul & consularis. Sin aliter, tum in istis amplissimis nominibus honorum non modo dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas. Hæc impulsus benevolentia scripsi paullo severius: quæ tu in experiendo ea ratione, quæ te digna est, vera esse cognosces. D. XIII. Kal. Aprilis.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Hæc si ages. v. plura I. 30. *Quod si erit factum.*	præbere se alicui, sich erweisen gegen einen, sequente accusativo, als einen- *Sin aliter*, wo anders, wo aber das Widerspiel. conf. C. Nepos Them. VII. 6.	*
	nomina honorum, Ehren-Titel.	
	non modo nulla, sed- v. II. 14. *non modo non, sed-*	
	impulsus. v. II. 17. conf. I. 29. *adductus.*	
	paullo severius, in etwas ernster, schärffer.	
	in experiendo, in Versuch, in der Erfahrung.	
	ea ratione, quæ te digna est, auf solche Weise, als es deiner Tapfferkeit und Ansehen anständig ist.	

Epist. XXII. (Lib. VI. ep. 14. ad fam.) Cic.

M. Cicero Q. Ligario S. D.

ETsi tali tuo tempore me aut consolandi, aut juvandi tui caussa, scribere ad te aliquid pro nostra amicitia oportebat, tamen adhuc id non feci, quia neque lenire videbar oratione, neque levare posse dolorem tuum. Postea vero quam magnam spem habere cœpi, fore, ut te brevi tempore incolumem haberemus: facere non potui, quin tibi & sententiam & voluntatem declararem meam. Primum igitur scribam, quod intelligo & perspicio, non fore in te Cæsarem duriorem. Nam & res eum quotidie, & dies, & opinio hominum, & ut mihi videtur, etiam sua natura mitiorem facit; idque cum de reliquis sentio, tum de te etiam audio ex familiarissimis ejus, quibus ego, ex eo tempore, quo primum ex Africa nuntius

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
pro, nach. v. plura l. 21.	*tali.* Notio emphatica h. l. v. II. 12. *talem.*	*
	tempore. v. I. 30. *temporibus.*	
	adhuc. v. I 3.	
fore, ut-habere-mus-pro: nos habi-turos-v. plura l. 1. *fac, ut-*	oratione, mit Worten.	
	Postea vero quam. Elegans Tmesis partic. *postea-quam.* v. II. 15.	
	facere non potui, quin- ich habe nicht umhin gekonnt, zu- conf. I. 32. *non potui nihil*	
	duriorem esse in aliquem, allzuhart (scharff) wider einen verfahren.	
	&, &, &- Polysyndeton.	
	res, die Beschaffenheit und Umstände der Sachen. v. I. 41. extr.	
	dies. v. I. 37.	
	opinio, die gute Meynung, Hochachtung.	
	natura, die Gemüths-Neigung, Naturell: Temperament.	
	ex eo tempore, quo- von der Zeit an, da-	
	„*ex Africa* Da die Zeitung kam, daß *Cæsar* die „*Pompejanos* und ihren Helffer den König „*Jubam* bey der Stadt *Thapsus* aufs Haupt „geschlagen habe. Ed. Berolin.	

venit,

venit, supplicare una cum fratribus tuis non destiti. Quorum quidem & virtus, & pietas, & amor in te singularis, & assidua & perpetua cura salutis tuæ tantum proficit, ut nihil sit, quod non ipsum Cæsarem tributurum existimem. Si tardius fit, quam volumus, magnis occupationibus ejus a quo omnia petuntur, aditus ad eum difficiliores fuerunt: & simul Africanæ causſæ iratior, diutius velle videtur eos habere solicitos, a quibus se putat diuturnioribus

Ff.

Quorum quidem v. plura I. 28 *Quod quidem.*

Mm.

nuntius, die Botschafft, Zeitung. non: nuntium. v. C. Nepos Milt. III. 3.

pietas. v. I. 13.

nihil est, *quod* non - Elegantius, pro: omnia - conf. I. 42. (in *Ff.*) *erit, in quo-*

tribuere, gewähren.

iratior tibi est, er ist sehr zornig (aufgebracht) wider dich.

„*diuturnioribus.* Denn in dem *bello Afri-*
„*cano* gieng es schärffer her, als es
„*Cæsar* erst selbst gemeynet, und von
„bereits überwundenen Feinden
„vermuthet hatte, indem die *Gene-*
„*ralen Scipio, Cato, Juba, Labienus,*
„hatten eine zahlreiche *Armée* in *A-*
„*frica* zusammen gebracht, Ed. Ber.

Ss.

velle habere- pro: *ut* habeat- v. plura I. 12. *fieri* place. *res.*

esse

esse molestiis conflictatum. Sed hoc ipsum intelligimus eum quotidie remissius & placatius ferre. Quare mihi crede, & memoriæ manda, me tibi id affirmasse, te in istis molestiis diutius non futurum. Quando, quid sentirem, exposui, quid vellem tua caussa, re potius declarabo, quam oratione: &, si tantum possem, quantum in ea rep. de qua ita sum meritus, ut tu existimas, posse debebam, ne tu quidem in istis incommodis es-

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Mihi crede. v. plura I. 26.	molestiis diuturnioribus conflictari ab aliquo, mit langwierigen Beschwerden, (Fatiquen) von jemand geplaget werden.	*
	quotidie remissius & placatius fert hoc, sein Zorn und Verdruß nimmt von Tag zu Tag immer mehr und mehr ab.	
	memoriæ mandare aliquid, etwas tieff ins Gedächtniß prägen, immer dran gedencken.	
	me tibi id. v. I. 21. *eundem tibi.*	
	affirmare alicui aliquid. v. I. 29.	
	quid vis *mea caussa?* v. II. 15.	
	re, oratione. Oppositа: in der That, mit Worten.	
	ne tu quidem. v. I. 14.	

ſes. Eadem enim cauſſa opes meas fregit, quæ tuam ſalutem in diſcrimen adduxit. Sed tamen quidquid imago veteris meæ dignitatis, quidquid reliquiæ gratiæ valebunt: ſtudium, conſilium, opera, gratia, fides mea, nullo loco deerit tuis optimis fratribus. Tu fac, habeas fortem animum, quem ſemper habuiſti: primum ob eas cauſſas, quas ſcripſi: deinde quod ea de republ. ſemper voluiſti atque ſenſiſti, ut, non modo cum ſecunda ſperare debeas, ſed etiam, ſi omnia adverſa eſſent, tamen conſcientia & factorum & conſiliorum tuorum, quæcunque acciderent, fortiſſimo & maximo animo ferre deberes. Vale.

Ef.

Eadem enim cauſſa. v. I. 4. *quibus in rebus. quidquid-quidquid* - Anaphora epiſtolaris. v. I. 24.

Tu *fac* habeas. pro: Tu habe. v. I. 1. *fac, ut-*

Mm

Eadem cauſſa, nemlich daß ich auch die Gegen-Parthey des *Cæſaris* gehalten habe. Ed Berolin.

hoc meas opes fregit, diß hat meine Macht niedergeſchlagen.

diſcrimen, pro periculo

imago, der Schemen, Schatten.

reliquiæ, der Reſt.

ſtudium, conſilium-Aſyndeton.

nullo loco, bey keiner Gelegenheit. *Locus*, pro occaſione. Elegantius.

primum, deinde. v. II. 21.

fortiſſimo & maximo animo aliquid ferre, tapffer und großmüthig etwas leiden.

Ss.

*

EPIST.

Epist. XXIII. (Lib. IV. ep. 12. ad fam.) Cic.

Ser. Sulpicius M. Ciceroni S. D.

ETsi scio, non jucundissimum nuntium me vobis allaturum; tamen quoniam casus & natura in nobis dominatur, visum est faciendum, quoquo modo res se haberet, vos certiores facere. Ad X. Kalend. Junii, cum ab Epidauro Piræum navi advectus essem, ibi Marcellum, collegam nostrum, conveni, eumque diem ibi consumsi, ut cum eo essem. Postero die, cum ab eo digressus essem eo consilio, ut

Ff. (*Certiorem facere* aliquem. Phrasis epistolaris. v. plura I. 3.

Mm. (*mam.* non jucundissimum. v. II. 12. *non minicasus & natura in nobis dominatur*, das Unglück (Verhängniß) und der Tod sind wider uns aufgebracht.

quoquo modo res se habet, die Sache mag beschaffen seyn, wie sie will, so traurig, als sie will.

„*Epidaurus* war eine Stadt in *Peloponneso* gelegen, welche sonst bey den Alten wegen des *Esculapii* Verehrung „berühmt gewesen. Ed. Berolin.

„*Piræus* war der schöne Hafen der Athenienser, von Athen über eine gute Teutsche Meile am Meer gelegen, welcher aber durch lange Mauren mit der Stadt Athen verknüpfet war. Der *Portus Munychius* war „etwas näher, und der dritte und „alte Hafen auf der andern Seite „hieß *Phalereus*. Ed. Berolin.

convenire aliquem. v. II. 11.

eum diem ibi consumsi, ich habe den Tag daselbst zugebracht. cf. C. Nep. Attic. *postero die* v. C. Nep. Milt. V. 3. (XXI. 3.

digredi ab aliquo, von einem gehen, scheiden. conf. C. Nepos Dat. XI. 4.

eo consilio, in der Absicht, Intention. v. C Nepos Milt. V. 3.

Ss. *visum est faciendum, facere*-pro: *ut* facerem. Græcismus. conf. I. 12. *fieri placeret.*

ab Epidauro-(*ab* Athenis.) Singulare quid est, quod nominibus urbium præpositiones junguntur. conf. C. Nepos præf. §. 5. *tota Græcia.*

ab Athenis in Bœotiam irem, reliquamque jurisdictionem absolverem, ille, uti ajebat, supra Maleas in Italiam versus navigaturus erat. Postridie ejus diei, cum ab Athenis proficisci in animo haberem, circiter hora decima noctis, Postumius, familiaris ejus, ad me venit, & mihi nuntiavit, M. Marcellum, collegam nostrum, post cœnæ tempus a P. Magio Cilone, familiari ejus, pugione percussum esse, & duo vulnera accepisse, unum in stomacho, alterum in capite secundum aurem: sperare tamen, eum vivere posse. Magium se ipsum interfecisse; postea se a Marcello ad me missum esse, qui hæc nuntiaret, & rogaret, uti cogerem medicos. Coëgi & e vestigio eo sum profectus

Ff. * *Jurisdictionem.* „*Sulpicius* war *Pro-Consul Achajæ*, „unter welchem Namen damals alles, was „Griechenland hieß, unter und über den *Isthmum* verstanden wurde. Ed. Berolin.

„*Maleæ* ein bekanntes Vorgebürge unten in *Pelo*„*ponneso*, wo man vorüber schiffet, wenn man „von Athen, oder die *Asiatische* Seite nach Rom, „und von Rom wieder dorthin schiffen wolte, „fast wie *Caput Bonæ Spei* denen Ost-Indiani„schen Schiffarthen gelegen. Ed. Berolin.

in Italiam *versus*, gen Welschland-wärts. Not. h. l. præpos. *in* cum partic. *versus* conjuncta. conf. II. 25 II. 29.

postridie ejus diei, des anderen Tages darauf.

in animo habere, entschlossen (resolviret) seyn.

circiter, ohngefähr. Barbare: *præter propter*. conf. C. Nepos Milt. IV. 2.

pugione percutere aliquem, einen mit einem Dolche erstechen.

unum, alterum, pro: alterum, alterum. v. II. 1.

secundum aurem, beym Ohre, hinter dem Ohr.

vivere potest, die Wunden sind nicht tödtlich.

qui nuntiaret. Elegantius, pro: *ut* nuntiaret.

uti, pro: ut. Elegantius.

cogere, pro convocare. conf. Cic. III. in Catil. III. 5.

e vestigio von Stunde an, auf dem Fusse nach-

Ss. *ab* Athenis. v. supra. *ab* Epidauro.

prima

prima luce. Cum non longe a Piræeo abessem, puer Acidini obviam mihi venit cum codicillis, in quibus erat scriptum, paullo ante lucem Marcellum diem suum obiisse. Ita vir clarissimus ab homine teterrimo acerbissima morte est affectus: & cui inimici propter dignitatem pepercerant, inventus est amicus, qui ei mortem afferret. Ego tamen ad tabernaculum ejus perrexi: inveni duos libertos, & pauculos servos, reliquos ajebant profugisse metu perterritos, quod dominus eorum ante tabernaculum interfectus esset. Coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisque lecticariis in urbem eum referre, ibique pro ea copia, quæ Athenis

Ff.	Mm.	Ss.
*	prima luce, mit anbrechendem Tage. codicilli, eine Schreib-Tafel. paullo ante lucem, kurtz vor Tage. conf. C. Nepos Paus. III. 1. diem suum obire, das Zeitliche segnen. v. II. 25. conf. C. Nepos Milt. VII. 6. acerbissima morte affici, schändlich um sein Leben kommen. *Ita.* v. II. 2. *pauculos*, einige, wenige. *profugisse.* Sie hatten auch Ursache, sich aus dem Staube zu machen. *cum vetere ex more familiam omnem, quæ sub eodem tecto mansitaverat, ad supplicium agi oporteret. Tacit. l. XIV. annal. c. 42.* Ed. Berol. *eadem illa.* v. II. 19. *Hoc idem.* lecticarius, ein Sänfften-Träger. pro ea copia, quæ erat - nach dem Vermögen, das - so gut, als sichs thun liesse-	*Coactus sum*, referre- prot *ut* referrem - vid. plura l. 21. *fieri placeret.*

erat, funus ei satis amplum faciendum curavi. Ab Athenienſibus, locum ſepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui, quod religione ſe impediri dicerent: neque tamen id antea cuiquam conceſſerant. Quod proximum fuit, ut, in quo vellemus gymnaſio, eum ſepeliremus, nobis permiſerunt. Nos in nobiliſſimo orbis terrarum gymnaſio Academiæ locum delegimus, ibique eum combuſſimus: poſteaque curavimus, ut iidem Athenienſes in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. Ita, quæ noſtra officia fuerunt, pro collegio, & propinquitate, & vivo & mortuo omnia ei præſtitimus. Vale. Datæ pridie Kal. Jun. Athenis.

Ff.

(*Pro*, nach, Krafft - v. I. 21.

Mm.

funus ſatis amplum alicui faciendum curare, einem ein anſehnlich Begräbniß machen.

religione. „Etwa wegen eines Geſetzes des „*Solonis*, welches denen Athenienſern alle „Begräbniſſe in der Stadt unterſagte. Ed. Berolin.

neque cuiquam, pro: & nulli Elegantius v. I. 3.

Quod proximum fuit, [illegible] Elegans connect. form. v. I. 19. *Quod ſupereſt.*

gymnaſio. „Derer waren ſonderlich drey vor „der Stadt gelegen, κυνόσαργες, ἀκαδημία, „und λύκειον, in dem erſten fieng der *Antiſthenes* an zu *docir*en, und ſollen ſeine *Diſcipuli* daher *Cynici* genennet ſeyn; in „dem andern der *Plato*, daher ſeine Nachfolger *Academici* hieſſen; und in dem „dritten hat ſich der *Ariſtoteles* hören laſſen. Ed Berolin.

nobiliſſimus orbis terrarum, Welt-berühmt.

monumentum marmoreum faciendum locare alicui, einem ein Grab- und Denckmaal aus Marmel aufrichten laſſen.

Ita. v. II. 2.

Ss.

*

EPIST.

Epist. XXIV. (Lib. x. ep. 25. ad fam.) Cic.

Cicero Furnio. S. D.

Si interest, id quod homines arbitrantur, reip. te, ut instituisti atque fecisti, navare operam, rebusque maximis, quæ ad exstinguendas reliquias belli pertinent, interesse; nihil videris melius, neque laudabilius, neque honestius facere posse, istamque operam tuam, navitatem, animum in rempubl. celeritati Præturæ anteponendam censeo. Nolo enim te ignorare, quantam laudem consecutus sis; Mihi crede, proximam Planco, idque ipsius Planci testimonio; præterea fama scientiaque

Ff.

Id quod, pro simplici *quod*. v. I. 22.

mihi crede. v. plura I. 26.

Mm.

navare operam alicui, sich grosse Mühe geben zu jemandes Besten.

ad extinguendas reliquias belli, zu Tilgung des Restes des Krieges.

nihil neque. Duplex negatio fortior, more Grajorum.

nihil melius - Elegantius. v. plura I. 19. *nihil amabilius*.

animus. v. II. 20.

celeritas præturæ soll die frühzeitige Begierde zu der *Charge* eines *Prætoris* seyn, da er die vorhergehende Stuffe eines *Ædilis*, worauf man 2. Jahre nachhero erst *Prætor* werden konnte, zuvor nicht betreten hatte. Ed. Berolin.

anteponendam, præced. masculino: *animum*. Syntheſis Grammatica, respiciens prius substantivum: *operam*, aut *navitatem*.

Ss.

Nolo te ignorare, pro: *ut* ignores. v. plura I. 12. *fieri placeret*.

omnium. Quamobrem, si quid operis tibi etiam nunc restat, id maximopere censeo persequendum. Quid enim honestius? aut quid honesto anteponendum? Sin autem satisfactum reip. putas, celeriter ad comitia, quando mature futura sunt, veniendum censeo: dummodo ne quid hæc ambitiosa festinatio imminuat ejus gloriæ, quam consecuti sumus. Multi clarissimi viri cum reip. darent operam, annum petitionis suæ non obierunt: quod eo facilius nobis est, quod non est annus hic tibi destinatus; ut, si ædilis fuisses, post biennium tuus annus esset. Nunc nihil prætermittere videbere usitati, & quasi legitimi temporis ad petendum. Video autem Planco Consule, etsi etiam sine

Quamobrem.

Mm.	*Ss.*
quid *operis*, pro: aliquod opus. v. I. 2. quid *consilii*.	*
Quid enim honestius? Elegans interrogatio epistolaris, pro: Nihil est honestius. v. I. 27. *Quid dicam.*	
mature, in Zeiten, zeitig.	
dummodo ne - nur daß nicht-	
ambitiosa festinatio. v. supra: *celeritas præturæ.*	
dare operam reip. sich um den Staat verdient machen.	

eo rationes expeditas haberes, tamen splendidiorem petitionem tuam, si modo ista ex sententia confecta essent. Omnino plura me scribere, cum tuum tantum consilium, judiciumque sit, arbitrabar non ita necesse: Sed tamen sententiam meam tibi ignotam esse nolebam, cujus est hæc summa, ut omnia te metiri dignitate malim, quam ambitione; majoremque fructum ponere in perpetuitate laudis, quam in celeritate præturæ. Hæc eadem locutus sum domi meæ, adhibito Q. fratre meo, & Cæcinna & Calvisio, studiosissimis tui, cum Dardanus, libertus tuus, interesset; omnibus videbatur probari oratio mea: sed tu optime judicabis. Vale.

Ff.

Mm.

rationes expeditas habet, seine Rechnung hat ihm nicht fehl geschlagen.
ista, i. e. reliquiæ belli extinguendæ.
ex sententia, nach Wunsch.
hæc summa est meæ sententiæ, meine Meynung gehet dahin.
omnia metiri dignitate, alles nach der Tugend und dem Wohlstande abmessen.
majorem fructum ponere debemus in perpetuitate laudis, quam celeritate, man soll es für einen grössern Vortheil und Vergnügen achten, wenn man ein Lob lange geniessen kan, als wenn man es jählings erjaget.
Hæc eadem. v. II. 19. *Hoc idem.*
domi meæ. v. II. 19. *domi tuæ.*
studiosissimus mei est, er will mir sehr wohl.
probatur ei oratio mea, es gefällt ihm meine Rede, er approbiret.

Ss.

ignoram esse *nolebam* pro: *ut* ignota esset. v. I. 12. *fieri placeret.*
te metiri *malim*, pro: *ut* metiaris. v. ibid.

Epist. XXV. (Lib. iv. ep. 5. ad fam.) Cic.

Ser. Sulpicius M. T. Ciceroni S. D.

Posteaquam mihi renunciatum est de obitu Tulliæ filiæ tuæ, sane quam pro eo ac debui, graviter molesteque tuli, communemque eam calamitatem existimavi; qui si istic adfuissem, neque tibi defuissem, coramque meum dolorem tibi declarassem. Etsi genus hoc consolationis miserum atque acerbum est, propterea, quia, per quos ea confieri debet, propinquos ac familiares, ipsi pari molestia afficiuntur; neque sine lacrymis multis id conari queunt, uti magis ipsi videantur aliorum consolatione indigere, quam aliis posse suum officium præstare: tamen, quæ in præsentia in mentem mihi venerunt, decrevi brevi ad te perscribere, non quod ea te fugere existimem, sed quod forsitan dolore impeditus minus ea perspicias. Quid est, quod

Ff.

(*Qui*- si pro: si ego- v. I. 8.

(Quid *est*, *quod* te commoveat- pro: quid commovet te- v. plura I. 42. si quid *erit*, in *quo-*

Mm.

sane quam, i. e. valde admodum.

pro eo ac debui, meiner Schuldigkeit gemäß. Elegans form. *pro eo, ac-* v. IV. in Catilin II. 2.

graviter molesteque ferre aliquid, ein hertzliches Beyleid worüber haben.

communem eam calamitatem existimo- ich halte es für ein solches Unglück, daß so wohl mich als dich angehet.

coram. v. I. 10.

confieri. Elegantius, pro: *fieri*.

uti, pro: ut. v. II. 23.

in mentem mihi venit, es ist mir eingefallen, beygefallen.

non, sed. v. II. 16.

dolore impeditus minus ea perspicio, Schmertz und Betrübniß decket mein Hertz und Augen mit einer Wolcke, daß ich die Sache nicht einsehen kan.

Ss.

neque- neque- v. II. 19. neque, &.

in præsentia, fürietzo, anietzo. pro: in præsenti; f. in præsens. Singularis, at elegans dictio. cf. C. Nepos Them. IIX. 4.

tan-

tanto opere te commoveat tuus dolor inteſtinus? cogita, quemadmodum adhuc fortuna nobiſcum egerit, ea nobis erepta eſſe, quæ hominibus non minus, quam liberi, cara eſſe debent, patriam, honeſtatem, dignitatem, honores omnes; hoc uno incommodo addito, quid ad dolorem adjungi potuit? aut qui non in illis exercitatus animus callere jam debet, atque omnia minoris æſtimare? An illius vicem (credo) doles? quoties in eam cogitationem neceſſe eſt & tu veneris, & nos ſæpe incidamus, hiſce temporibus non peſſime cum iis eſſe actum,

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
*	tanto opere. Alias: tantopere	*
	dolor inteſtinus, der Gram, Kummer.	
	adhuc. v. I. 3.	
	non minus, quam v. I. 30.	
	patriam. i. e. libertatem patriæ.	
	qui, pro: quomodo-	
	animus exercitatus malis, ein Gemüth, das in mancherley Trübſalen (Fatalitäten) verſucht iſt.	
	callere, fühl-los werden, unempfindlich-	
	minoris æſtimare aliquid, etwas geringe achten, für nichts achten.	
	An-An-At vero-Formulæ opponendi.	
	vicem alicujus dolere, eines Fall beklagen.	
	incidere in cogitationem aliquam, auf einen Gedancken fallen, gerathen.	
	non peſſime. Elegantius, pro: optime. v. II. 12. *non minimam.*	
	non peſſime cum eo eſt actum, ihm iſt wohl gerathen.	

qui-

quibus sine dolore licitum est mortem cum vita commutare? Quid autem fuit, quod illam hoc tempore ad vivendum magnopere invitare posset? quæ res? quæ spes? quod animi solatium? ut cum aliquo adolescente primario conjuncta ætatem ageret? Licitum est tibi, credo, pro tua dignitate ex hac juventute generum deligere, cujus fidei liberos tuos te tuto committere putares. An, ut ea liberos ex sese pareret, quos cum florentes videret, lætaretur? qui rem a parente traditam per se tenere possent? honores ordinatim petituri essent in republica? in amicorum ne-

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
(Quid *fuit, quod* posset - pro: quid poterat - iterum. v. l. c.	mortem cum vita commutare, das Zeitliche segnen.	*
(*pro*, nach. v. plura I. 21.	invitare, reitzen.	
(*quos* cum - pro: cum eos - v. I. 8. *Qui* si.	res, der Vortheil.	
	solatium animi, das Vergnügen.	
	conjuncta, scil. denuo; erat enim vidua.	
	ætatem agere, sein Leben zubringen, leben.	
	res, das Vermögen.	
	per se, für sich, für ihre Person, ohne anderer Leute Hülffe. conf. II. 17. (in *Ss.*)	
	ordinatim, Stuffen-Weise, nach der Reihe. (conf. Cic. ad Quir. p. Red. II. 3.) (a) quæstura, (b) tribunatus pleb. (c) ædilitas (d) prætura (e) consulatus.	

gotiis

gotiis libertate sua uterentur? Quid horum fuit, quod non prius, quam datum est, ademtum sit? At vero malum est liberos amittere. Malum, nisi hoc pejus sit, hæc sufferre & perpeti. Quæ res mihi non mediocrem consolationem attulit, volo tibi commemorare: Si forte eadem res tibi minuere dolorem possit. Ex Asia rediens cum ab Ægina Megaram versus navigarem, cœpi regiones circum circa prospicere. Post me erat Ægina, ante Megara, dextra Piræus, sinistra Corinthus; quæ oppida

Ff.

Quid horum *fuit*, *quod* non ademtum sit, pro: Quid horum non ademtum est - v. iterum I. 42. si quid *erit*, in *quo-*

Mm.

prius, quam - v. I. 39.

liberos. Scil. loquitur Sulpicius h. l. generatim, ut opponens. v. supra: non minus, quam *liberi*, cara-

non mediocris. Elegantius, pro: magnus. conf. C. Nepos Attic. XIII. 4.

si *forte*, wenn etwa. conf. C. Nepos Arist. II. 3.

minuere dolorem, die Bekümmerniß, (den Chagrin) mindern, lindern.

Ægina, eine Insul, lieget gegen den Athenensischen Hafen *Piræus*, wie wol ziemlich entfernet, im Meer. Zwischen diesen beyden ist *Sulpicius* weggefahren nach *Megara*, so nach dem *Isthmum* Nördlichen Theils *in terra Attica* gelegen, deshalb er *Corinthus*, so bereits in *Achaja* am Südlichen Theil des *Isthmi* gelegen war, zur lincken Hand muste liegen lassen. Ed. Berol.

Megaram *versus*. conf. II. 23. *in* Italiam versus.

circum circa prospicere, rings umher schauen.

post me, hinter mir, ante, vorne, vor mir.

Ss.

*

quo-

quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata & diruta ante oculos jacent. Cœpi egomet mecum sic cogitare: Hem, nos homunculi indignamur, si quis nostrum interiit, aut occisus est. quorum vita brevior esse debet, cum uno loco tot oppidûm cadavera projecta jaceant? Visne tu te, Servi, cohibere, & meminisse hominem te esse natum? Crede mihi, cogitatione ea non mediocriter sum confirmatus. Hoc idem, si tibi videtur, fac ante oculos tibi proponas. Modo uno tem-

Ff.

(*Crede mihi.* v. I. 26.

(*fac*, propo-nas-pro simplici *propone.* v. I I. *fac, ut-*

Mm.

florentissimus, in vollem Flor. florissant.

quodam tempore, nunc. Oppositа.

ego*met* mecum. Eleganter annectitur enclitica *met* pronom. *ego*, sequ. eodem pronom.

Hem Elegans sermocinatio, cum allocutione ad se ipsum.

nos *homunculi*, wir elende Menschen. Elegantia & nervosa ejusmodi Deminutiva sunt. v. infra: *mulierculæ animula.* conf. II. 31. *gloriola.* v. I. 40. *nummulus.*

cadavera, pro: rudera, Stein-Hauffen, Aschr. Tropus.

tu te, v. I. 21. *eundem tibi.*

cohibere se, ~~in sich schlingen~~, zu sich halten.

homo natus sum, ich bin ein sterblicher Mensch.

non mediocriter. Elegantius, pro: magnopere. v. supra: *non mediocris.*

confirmare, sich trösten, aufrichten.

Hoc idem. v. II. 19.

si tibi videtur, so es dir beliebet.

modo, ohnlängst.

Ss.

oppidûm, pro: oppidorum. Archaismus, poëtis usitatior. conf. C. Nepos Ages. IV. 1. *Ephorûm.* Plin. I. 30. *nummûm.*

pore

pore tot viri clarissimi interierunt: de imperio præterea tanta deminutio facta est: omnes provinciæ conquassatæ sunt: In unius mulierculæ animula si jactura facta est, tanto opere commoveris? Quæ si hoc tempore non suum diem obiisset, paucis post annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat. Etiam tu ab hisce rebus animum ad cogitationem tuam avoca, atque ea potius reminiscere, quæ digna tua persona sunt: illam, quam diu ei opus fuerat, vixisse, una cum rep. fuisse: te patrem suum, prætorem, consulem, augurem vidisse: adolescentibus primariis nuptam fuisse: omnibus bonis prope perfunctam esse: cum respubl. occideret, vita excessisse.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Quæ si - pro: si ea - v. I. 8. *qui si* -	tot *viri* - „Er verstehet das *Bellum Civile* „*Pompejano-Cæsareum*, da die gröss„sten Leute, als der *Pompejus*, *Scipio*, „*Bibulus*, *Domitius*, *Cato* &c. geblie„ben waren. Ed. Berolin.	*
	deminutio, die Entkräfftung.	
	mulierculæ animula. Elegantia Diminutiva. v. supra: *homunculi*.	
	tanto opere. v. supra.	
	suum diem obire. v. II. 23.	
	paucis post annis, wenig Jahre darnach. *Post* h. l. adverb. v. C. Nepos Arist. I. 4.	
	homo *nata* est. v. supra.	
	avocare animum ab aliis rebus ad cogitationem suam, sein Gemüthe von andern Sachen sammlen, und auf sich selbst richten.	
	adolescentibus - v. I. 29. *generi*.	
	virgo nupta est illi, die Jungfer ist mit diesem verheyrathet.	
	omnibus bonis perfunctus est, er hat alle Glückseligkeiten genossen. v. II. 31. conf. C. Nepos Hannib. XIII. I.	
	occidere, zu Grunde gehen.	
	vita excedere, verscheiden.	

Quid

Quid est, quod tu, aut illa cum fortuna hoc nomine queri possitis? Denique noli te oblivisci Ciceronem esse, & eum, qui aliis consueris præcipere, & dare consilium: neque imitare malos medicos, qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt: Sed potius, quæ aliis tute præcipere soles, ea tute tibi subjice, atque apud animum propone. Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat. Hoc te exspectare tempus tibi turpe est, ac non ei rei, sapientia tua te occurrere. Quodsi quis etiam inferis sensus est, qui illius in te amor fuit, pietas-

Ff.

(Quid est, *quod* positis pro: quid potestis v. iterum l. 42. si quid *erit*, *in quo*-

(*neque*, pro: & non. v. plura l. 22. *neque enim*.

(*quodsi*, pro simplici *si*. v. plura l. 17.

Mm.

hoc nomine, hierüber, deshalben. v. II. 10.

Denique, weiter, endlich. Connect. vocula.

consueris, pro: soles. Elegantius. conf. C. Nepos Lys. III. 1.

ipse se. v. I. 19. tecum *ipse*.

tute, pro: tu. *ea tute tibi*. v. I. 21. *eundem tibi*.

subjicere sibi aliquid, ihm etwas einbinden, einschärffen.

apud animum proponere sibi aliquid, ihm etwas in seinem Gemüthe vorstellen. Not. h l. præpos. *apud*.

Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat, kein Kummer ist so groß, den endlich die Länge der Zeit nicht mindere, und erträglich mache.

hoc te. v. I. 21. *eundem tibi*.

Quodsi quis etiam inferis sensus est, wofern die Todten noch eine Empfindung haben. Patheticum argumentum.

qui illius in te *amor* fuit, nach ihrer grossen Liebe gegen dich. Elegans variatio part. *pro*. cf. II. 13. *qua est humanitate*. *pietas*. vid. I. 13.

Ss.

que

que in omnes suos, hoc certe illa te facere non vult. Da hoc illi mortuæ, da ceteris amicis & familiaribus, qui tuo dolore mœrent, da patriæ, ut si qua in re opus sit, opera & consilio tuo uti possit. Denique quoniam in eam fortunam devenimus, ut etiam huic rei nobis serviendum sit, noli committere, ut quisquam te putet non tam filiam, quam reipublicæ tempora & aliorum victoriam lugere. Plura me ad te hac de re scribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. Quare si hoc unum proposuero, finem faciam scribendi. Vidimus aliquo-

---

Ff.

(*Da-da-da-* Anaphora epistolaris. v. plura I. 24. *quid-quid-quid-* (*-committere, ut--* v. I. 1. *fac, ut-* conf. I. 16. noli *committere, ut-*

Mm.

Da hoc illi, thue ihr dieses zu Liebe. v. II. 5. hoc mihi *da* atque largire.

Denique. v. supra.

in eam fortunam devenimus, wir sind in den unglücklichen Stand gerathen.

servire rei, sich in die Zeit schicken.

tempora. v. I. 30. *temporibus.*

victoriam. Denn dieser Brief soll geschrieben seyn, da *Cæsar* nun völlig mit den *Pompejan*ern auch in Hispanien fertig war. Ed. Berolin.

diffidere alicui, einem mißtrauen, wenig zutrauen.

Quare *si hoc unum proposuero, finem faciam scribendi.* Elegans transeundi & concludendi formula.

Ss.

te facere non *vult*, pro: *ut* tu facias. v. plura I. 12. *fieri placeret.*

ties secundam pulcherrime te ferre fortunam, magnamque ex ea re laudem adipisci: fac aliquando intelligamus, adversam quoque te æque ferre posse, neque id majus, quam debeat, tibi onus videri: ne ex omnibus virtutibus hæc una tibi videatur deesse. Quod ad me attinet, cum te tranquilliore animo esse cognoro, de iis rebus, quæ hic geruntur, quemadmodumque se provincia habeat, certiorem faciam. Vale,

Ff.

(*Fac*, intelligamus - v. supra: *fac*, proponas.

(*certiorem facere.* Phrasis epistolaris, de qua plura I. 3.

Mm.

secundam pulcherrime ferre fortunam, sich des guten Glückes (der guten Tage) weislich gebrauchen, und nicht erheben.

æque, eben so gut, eben so weißlich.

ne ex omnibus virtutibus hæc una tibi videatur deesse. Elegans insinuandi simulque hortandi formula.

Quod ad me attinet, was mich anlanget. Connect. form.

tranquilliore animo esse, eines ruhigern, gesetztern, Gemüthes seyn.

quemadmodum se provincia habet? wie ist der Zustand der Provintz beschaffen.

Ss.

*

EPIST. XXVI. (Lib. IV. ep. 6. ad fam.) Cic.

M. T. C. SER. SULPICIO S.D.

EGo vero, Servi, vellem, ut scribis, in meo gravissimo casu adfuisses. Quantum enim præsens me adjuvare potueris, & consolando, & prope æque dolendo, facile ex eo intelligo, quod litteris tuis lectis aliquantum acquievi. Nam & ea scripsisti, quæ levare luctum possent: & in me consolando non mediocrem ipse animi dolorem adhibuisti. Servius tamen tuus omnibus officiis, quæ illi tempori tribui potuerunt, declaraviert, & quanti ipse

---

Ff.

*

Mm.

Ego *vero*. „Mit diesem *vero* fangen sich „nicht allein die Antworts-Episteln „sehr wohl an, wenn zumal ein *pronomen* vorher gesetzet wird, wie, „nebst dieser, aus vielen andern Epi„steln *Cic.* erhellet, da er bald *ego „vero*, bald *Tu vero*, *Mihi vero* u. s. f. „anfänget, (v. Cellar. ad h. l.) sondern „es schickt sich auch gar fein zur *apo„dosi* in einem *periodo conditionali*. Ed. Berol.

gravissimus casus, ein schmertzlicher Trauer-Fall.

æque dolere, gleichmäßig Leide tragen.

aliquantum acquiescere, ein wenig sich erholen, zufrieden geben.

non mediocris. Elegantius, pro: magnus. v. II. 25.

animi dolor, Betrübniß, non *compassio*, ut ajunt.

tuus, scil. filius.

tempus, das Haus-Creutz. v. plura I. 30. *temporibus*.

Ss.

*

me faceret, & quam suum talem erga me animum tibi gratum putaret fore: cujus officia jucundiora scilicet sæpe mihi fuerunt, nunquam tamen gratiora. Me autem non oratio tua solum & societas pæne ægritudinis, sed etiam auctoritas consolatur. Turpe enim esse existimo, me non ita ferre casum meum, ut tu, tali sapientia præditus, ferendum putas. Sed opprimor interdum, & vix resisto dolori, quod ea me solatia deficiunt, quæ ceteris, quorum mihi exempla propono, simili in fortuna non defuerunt. Nam & Q. Maximus, qui filium consularem, clarum virum, & magnis rebus gestis amisit, & L.

Ff.	Mm.	Ss.
	talem animum, eine so zärtliche Neigung. Notio *talis* emphatica, de qua plura II. 12.	
	jucundiora, gratiora. v. II. 17. *gratum.* conf. II. 16. *jucundus.*	
	societas ægritudinis, ein schmertzliches Beyleid, Leidwesen. v. supra: *animi dolor.*	
	casus, das Creutz. v. supra: gravissimus casus.	
	tali sapientia. Notio *talis* emphatica, de qua plura II. 12. *talem.*	
	ea me solatia deficiunt, derselbe Trost gebricht mir.	
	consularis, der Burgemeister gewesen ist.	

Paullus,

Paullus, qui duo septem diebus, & vester Gallus, & M. Cato, qui summo ingenio, summa virtute filium perdidit, iis temporibus fuerunt, ut eorum luctum ipsorum dignitas consolaretur ea, quam ex rep. consequebantur. Mihi autem, amissis ornamentis iis, quæ ipse commemoras, quæque eram maximis laboribus adeptus, unum manebat illud solatium, quod ereptum est. Non amicorum negotiis, non reipublicæ procuratione impediebantur cogitationes meæ: nihil in foro agere libebat: aspicere curiam non poteram: existimabam, id quod erat, omnes me & industriæ meæ fructus, & fortunæ perdidisse. Sed cum cogitarem, hæc mihi tecum & cum quibusdam esse

Ff.

Non - non Anaphora epistolaris. v. I. 24.

id quod, pro simplici *quod* v. I. 22.

Mm.

vester Gallus. „Dieser *Gallus* muß aus „der *Sulpiciorum Familie* gewesen „seyn, weil Cicero *vester* dazu setzet. „Wie denn die *Sulpicii* in ihrer *Familie* sonderlich den Beynamen *Gallus* „und *Galba* zu führen pflegten. *Manutius* nennet ihn C. *Sulpicium Gallum* „welcher als *Consul* die *Ligures* geschlagen hatte, und von dem *Cicero* „in *lib. de amicitia c.* 27. unter dem „Namen *Cajus Gallus* angeführet „wird. Ed. Berolin.

iis temporibus, *ut* - pro iis, *quibus.*

ornamentum, ein Ehren-Vortheil, Ehren-Stelle.

unum. Elegantius, pro: solum. v. plura II. 18. *unus.*

cogitationes, Betrachtungen.

Ss.

duo, pro: duos. vid. plura II. 8. vos *duo.*

communia, & cum frangerem jam ipse me, cogeremque illa ferre toleranter, habebam, quo confugerem, ubi conquiescerem, cujus in sermone & suavitate omnes curas doloresque deponerem. Nunc autem hoc tam gravi vulnere, etiam illa, quæ consanuisse videbantur, recrudescunt. Non enim, ut tum me a rep. mœstum domus excipiebat, quæ levaret, sic nunc domo mœrens ad remp. confugere possum, ut in ejus bonis acquiescam. Itaque & domo absum, & foro, quod nec eum dolorem, quem a rep. capio, domus jam consolari potest, nec domesticum resp. Quo magis exspecto, teque videre quam primum cupio. Major mihi le-

Ff.

Frangebam ipse me, ich zwang mich mit Gewalt.

ipse me. Elegantius, pro: me ipsum. v. I. 19. tecum *ipse*.

ferre aliquid toleranter, etwas mit Geduld ertragen.

habebam quo- v. I. 1. *haberem, quod-*

suavitas, die Annehmlichkeit.

grave *vulnus*, ein empfindliche Schmertz. *Vulnus* pro *dolore*. Metonymia conf. C. Nepos Dion. VI. 2.

vulnus consanuit, die Wunde ist zugeheilet.

vulnus recrudescit, die Wunde bricht wieder auf.

levare, trösten, aufrichten.

acquiescere in re aliqua, seinen Kummer worinnen stillen, ablegen.

Quo magis, desto mehr, (um so viel mehr.) Connectendi formula, conf. C. Nepos Milt. V. 4.

Mm.

Ss.

cogerem illa ferre- pro: *ut* illa ferrem- v. plura I. 12. *fieri placeret. nec, &c.* v. plura II. 19. *neque, &c.*

vatio

vatio afferri nulla potest, quam conjunctio consuetudinis, sermonumque nostrorum: quanquam sperabam tuum adventum (sic enim audiebam) appropinquare. Ego autem cum multis de causis te exopto quam primum videre, tum etiam, ut ante commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus, quod est totum ad unius voluntatem accommodandum, & prudentis & liberalis, & ut perspexisse videor, nec a me alieni, & tibi amicissimi. Quod cum ita sit, magnæ tamen est deliberationis, quæ ratio sit ineunda nobis non agendi aliquid, sed illius concessu & beneficio quiescendi. Vale.

Ff.

Quod cum ita sit. v. II. 5.

Mm.

conjunctio consuetudinis sermonumque, der tägliche Umgang und vertraute Unterhaltung.

commentari inter se, mit einander überlegen.

traducere tempus, die Zeit hinbringen.

unius, scil. J. Cæsaris.

accommodare tempus ad voluntatem alicujus, die Zeit einrichten nach jemandes Gutachten.

liberalis, großmüthig, genereux.

non est a me alienus, er ist mir nicht abhold.

magnæ est deliberationis, es braucht grosser Uberlegung.

rationem inire, einen Entschluß fassen, einen Prætext gebrauchen.

concessus, die Erlaubniß.

beneficium, das Genehmhaben.

Ss.

Epist. XXVII. (Lib. v. ep. 13. ad fam.) Cic. M. C. L. LUCCEJO Q. F. S. D.

QUanquam ipsa consolatio litterarum tuarum mihi gratissima est: declarat enim summam benevolentiam, conjunctam pari prudentia: tamen illum fructum ex iis litteris vel maximum cepi, quod te præclare res humanas contemnentem, & optime contra fortunam paratum armatumque cognovi. Quam quidem laudem sapientiæ statuo esse maximam, non aliunde pendere, nec extrinsecus aut bene aut male vivendi suspensas habere rationes. Quæ cogitatio cum mihi non omnino excidisset, (etenim penitus insederat) vi tamen tempestatum & concursu calamitatum erat aliquantum labefactata atque con-

Vf.

Quam quidem. v. I. 28. *Quod quidem.*

Quæ cogitatio cum - pro: cum ea cogitatio - v. plura I, 8. *Qui* si.

Mm.

vel maximum. v. I. 11. *vel* in concione.

fructum capere ex re aliqua, Vergnügen (Vortheil) von einer Sache haben.

optime contra fortunam paratus armatusque est, er hat sich klüglich gerüstet und gewapnet wider alle Verhängnisse, (Glück und Unglück.)

Laus sapientiæ maxima est, non aliunde pendere, nec extrinsecus aut bene aut male vivendi suspensas habere rationes, „ein weiser Mañ soll nicht vom Glücke, noch von allerhand zufälligen „Umständen *dependiren*, und also „ausser sich bald diese, bald eine andere Ursache finden, warum er sich so, „oder anders aufführen müsse. „Denn ein weiser Mann findet und „besitzet mit der Tugend alles bey sich „selbst; welcher nachdenckliche Ausspruch des *Cic.* aus des *Platonis* und „der *Stoicorum* Schule scheinet geflossen zu seyn. Ed. Berol.

suspensa ratio, eine zweiffelhoffte, ungewisse Ursache.

Ss.

*

vulsa:

vulsa: Cui te opitulari & video, & id feciſſe etiam proximis litteris, multumque profeciſſe ſentio. Itaque hoc ſæpius dicendum, tibique non ſignificandum ſolum, ſed etiam declarandum arbitror, nihil mihi eſſe potuiſſe tuis litteris gratius. Ad conſolandum autem cum illa valent, quæ eleganter copioſeque collegiſti, tum nihil plus, quam quod firmitudinem gravitatemque animi tui perſpexi, quam non imitari turpiſſimum exiſtimo. Itaque hoc etiam fortiorem me puto, quam te ipſum præceptorem fortitudinis, quod tu mihi videre ſpem nonnullam habere, hæc aliquando futura meliora. Caſus enim gladiatorii, ſimilitudinesque eæ, tum rationes in ea diſputatione a te collectæ, vetabant me reip. penitus diffidere. Itaque alterum minus mirum, fortiorem te eſſe, cum aliquid ſperes; alterum mirum,

Ff.

Cui te-pro: te huic-iterum. v. I. 8. *Qui* 6.

Mm.

cum, pro: quamvis. v. II. 7.
cogitatio hæc penitus inſedit. ſc. mihi, dieſe Betrachtung (Penſée) habe ich mir tieff eingepräget.
vi tempeſtatum & concurſu calamitatum, „da der elende Zuſtand im gemeinen „Weſen u. mein Hauscreutz ſich wi„der mich gleichſam vereinigen. E. B.
declarare iſt mehr, als *ſignificare*.
nihil gratius litteris tuis-pro: litteras tuas gratiſſimas. v. I. 19. *nihil amabilius*.
firmitudo animi, die Feſtigkeit des Gemüthes, Fermeté.
gravitas animi, die Großmuth.
hoc fortiorem, pro: *eo* fortior. v. II. 6.
hæc, dieſer Zuſtand des Staats. v. II. 9.
caſus gladiatorii. „Es macht dieſe Epiſt. „etwas ſchwer, daß dieſelbe, worauf „dieſe Antwort gehet, nicht vorhan„den iſt. Ed Berolin.
penitus diffidere alicui, alle Hoffnung aufgeben von iemandes Beſſerung.
minus mirum eſt, es iſt kein Wunder.

Ss.

vetabant me diffidere-pro: *ut* ego diffiderem. v. plura I. 12. fieri *placeret*.

spe ulla teneri. Quid est enim non ita affectum, ut id non deletum, exstinctumque omne esse fateare? Circumspice omnia membra reip. quæ notissima sunt tibi, Allegorie nullum reperies profecto, quod non fractum debilitatumve sit. Quæ persequerer, si aut melius ea viderem, quam tu vides, aut commemorare possem sine dolore: quanquam tuis monitis præceptisque omnis est abjiciendus dolor. Ergo & domestica feremus, ut censes, & publica paullo etiam fortius fortasse, quam tu ipse, qui præcipis. Te enim spes aliqua consolatur, ut scribis: nos autem erimus in omni desperatione fortes, ut tu tamen idem & hortaris & præcipis. Das enim mihi jucundas recordationes conscientiæ nostræ, rerumque ea-

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Feremus- nos. v. l. 3. *nos.*	spe ulla teneri, sich noch einige Hoffnung machen.	*
	Quid est non ita affectum? Elegans interrog. epistolaris, pro: omnia sunt ita affecta. v. l. 27. Quid dicam?	
	fractus, niedergeschlagen.	
	domestica, h. l. das Haus-Creutz.	
	spes aliqua me consolatur, ich habe einige Hoffnung.	
	dare alicui jucundam recordationem, einem die angenehme Erinnerung machen.	
	conscientia, das Mitwissen.	
	rerumque earum- „hiedurch verstehet er „ohne allen Zweiffel die Zerstäubе- „rung der *Catilinarischen Conjura- „tion.* Ed. Berolin.	

rum,

rum, quas te in primis auctore gessimus. Præstitimus enim patriæ non minus certe, quam debuimus, plus profecto, quam est ab animo cujusquam, aut consilio hominis postulatum. Ignoscesmihi de me ipso aliquid prædicanti: quarum enim tu rerum cogitatione nos levare ægritudine voluisti, earum etiam commemoratione lenimur. Itaque, ut mones, quantum potero, me ab omnibus molestiis & angoribus abducam, transferamque animum ad ea, quibus secundæ res ornantur, adversæ adjuvantur, tecumque & ere tantum, quantum patietur utriusque ætas & valetudo, & si esse una minus poterimus, quam volumus, animorum tamen conjunctione iisdem studiis ita fruemur, ut nunquam non esse videamur. Vale.

Ff. | *Mm.* | *Ss.*

* Te auctore, auf dein Angeben.

non minus certe, quam debuimus, warlich so viel, als wir schuldig waren.

plus profecto, ja wahrhafftig ein mehres.

ignoscesmihi de me ipso aliquid prædicanti, verzeihe, daß ich mir selbst etwas zum Ruhm sage.

levare aliquem ægritudine, einem die Bekümmerniß (Chagrin) leichter machen.

quantum potero, so viel möglich seyn wird. Barbare: quantum *possibile* erit.

abducere se a molestiis & angoribus, allem Verdruß und Gram entsagen.

Ea, quibus secundæ res ornantur, adversæ adjuvantur. Descriptio studiorum. v. Cic. p Arch. VII. 6.

valetudo. v. II. 15. *sicut soleo.*

esse videamur. In Orationibus hæc Ciceroni familiarissima est concludendi periodos formula, v. Cic. p. Arch. IIX. 6. at in epistolis non item. v. II. 28.

nunquam non, allezeit. Singularis, at elegans dictio. v. II. 19. conf. C. Nepos Alcib. VII. 2. *nihil non*, ubi plura.

EPIST.

Epistolam eiusdem argumenti habes ep. 18. l. v.

EPIST. XXVIII. (Lib. v. ep. 16. ad fam.) Cic.
M. T. C. TITIO S. D.

ETsi unus ex omnibus minime sum ad te consolandum accommodatus, quod tantum ex tuis molestiis cepi doloris, ut consolatione ipse egerem: tamen cum longius a summi luctus acerbitate meus abesset dolor, quam tuus, statui nostræ necessitudinis esse, meæque in te benevolentiæ, non tacere tanto in tuo mœrore tam diu, sed adhibere aliquam modicam consolationem, quæ levare dolorem tuum posset, si minus sanare potuisset. Est autem consolatio pervulgata quidem illa maxime, quam semper in ore atque in animo habere debemus,

Ff.	Mm.	Ss.
Meus abesset dolor. v. I. 4. *quibus in rebus.*	*unus* ex omnibus, pro: *solus* - v. II. 18.	*
	tantum *doloris*, pro: tantum dolorem. v. I. 2. quid *consilii.*	
	acerbitas luctus, die bittere Empfindung (Empfindlichkeit) des Traurens.	
	nostræ necessitudinis est, es ist unserer Freundschafft gemäß.	
	aliqua modica consolatio, eine kleine Tröstung.	
	semper in ore atque in animo habere aliquid, etwas allezeit auf der Zunge und im Hertzen haben.	

homi-

homines nos ut esse meminerimus, ea lege natos, ut omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra: neque esse recusandum, quo minus ea, qua nati sumus, conditione vivamus: neque tam graviter eos casus feramus, quos nullo consilio vitare possumus: eventisque aliorum memoria repetendis, nihil accidisse nobis novi cogitemus. Neque hæ, neque ceteræ consolationes, quæ sunt a sapientissimis viris usurpatæ, memoriæque litteris mandatæ, tantum videntur proficere debere, quan-

Ff.	*Mm.*	*St.*
Neque-pro: & non. v. I. 22. *Neque* enim,	*homines nos*- „Es ist dieser Brief sonderlich deswegen merckwürdig, weil „*Cicero* in demselben alle die Trost-„Gründe, so die vernünfftigen Heyden gegen einander zu brauchen „pflegten, kurtz zusammen zieht. Er „theilet solche in 3. Classen ein, der (1) „ist von dem allgemeinen Zustande „der Menschen hergenommen. Der „(2) von der Beschaffenheit der da-„maligen Zeiten. Der (3) von der „Person des *Titii* selbst, welche zu-„sammen den Inhalt dieser Epistel „machen. Ed. Berol.	*
	ea lege, mit dem Bedinge.	
	recusare, *quo minus*. Elegantius, pro: *ne*.	
	ea conditione. idem, quod: ea lege.	
	graviter ferre aliquid, sich schmertzlich über etwas betrüben.	
	eventum. das Ergeben, Verhängniß.	
	memoria reperere aliquid, auf etwas zurücke dencken. v. II. 29.	
	litteris aliquid memoriæ prodere, etwas in Schrifften aufgezeichnet hinterlassen. Phrasis historica. v. C. Nepos Them. X. 5.	

tum

tum ſtatus ipſe noſtræ civitatis, & hæc prolatio temporum perditorum, cum beatiſſimi ſint, qui liberos non ſuſceperunt, minus autem miſeri, qui his temporibus amiſerunt, quam ſi eosdem bona, aut denique aliqua republ. perdidiſſent. Quodſi tuum te deſiderium movet, aut ſi tuarum rerum cogitatione mœres, non facile exhauriri tibi iſtum dolorem poſſe univerſum puto: ſin illa te res cruciat, quæ magis amoris eſt, ut eorum, qui occiderunt, miſerias lugeas, ut ea non dicam, quæ ſæpiſſime & legi & audivi, nihil mali eſſe in morte, in qua ſi reſideat ſenſus, immortalitas illa potius, quam mors

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Quodſi, pro: ſimplici *ſi*. v. I. 17.	*prolatio* temporum. v. II. 16. *propagatio* temporis.	*
	beatiſſimus, der Glückſeligſte. v. C. Nepos Ageſ IIX. 2.	
	aliqua republica, da der Staat noch in einem leidlichen (paſſablen) Zuſtande wäre. Elegans dictio *aliqua*, pro *aliquali*. ſ. *mediocri*.	
	amoris *eſt* v. ſupra: neceſſitudinis *eſt*.	
	occidere, ſterben.	
	ut ea *non dicam* - Elegans Præteritio.	
	nihil mali. Elegantius, pro: nullum malum.	
	ſi reſideat ſenſus- „die erſte Meynung „haben die vernünfftigſten unter „den *Philoſophis*, der *Pythagoras*, *Socrates*, *Plato* und *Cicero* ſelbſt gebil„liget. Wiewol er doch ſowol hier „in dem folgenden, als auch ſonſt, die „Anfechtung, die er von dem *Epicureiſmo* geholet, nicht gar zu wohl „bergen kan. Mit einem Worte, er „wird ein *Scepticus*. Ed. Berolin.	

ducen-

ducenda sit; sin sit amissus, nulla videri miseria debeat, quæ non sentiatur: Hoc tamen non dubitans confirmare possum, ea misceri, parari, impendere reip. quæ qui reliquerit, nullo modo mihi quidem deceptus esse videatur. Quid est enim jam non modo pudori, probitati, virtuti, rectis studiis, bonis artibus, sed omnino libertati, ac saluti loci? non mehercule quemquam audivi hoc gravissimo & pestilentissimo anno adolescentulum aut puerum mortuum, qui mihi non a Diis immortalibus ereptus ex his miseriis atque ex iniquissima conditione vitæ videretur. Quare si tibi unum hoc detrahi potest, ne quid iis, quos amas, mali putes con-

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Quæ qui- pro: qui ea- v. I. 8. *Qui* si-	non dubitans hoc confirmo, das versichere ich dir.	*
	miscere, verwirren, unter einander karten.	
	mihi *quidem.* v. I. 5. ego *quidem.*	
	esse videatur. v. II. 27. in fin.	
	Quid est loci libertati? was findet die Freyheit für Statt? interrog. epist v. I. 27.	
	non quemquam. Elegantius, pro: nullum. v. I. 3. *neque quidquam.*	
	pestilentissimo anno- „Es waren das „Jahr nebst dem *Pompejo* so viele „vornehme Römer in und nach der „*Pharsalischen* Schlacht umkommen, als wäre die Pest unter ihnen „gewesen. Ed. Berolin.	

rigisse,

tigisse, permultum erit ex mœrore tuo deminutum. Relinquetur enim simplex jam illa cura doloris tui, quæ non cum illis communicabitur, sed ad te ipsum proprie referetur. In qua non est jam gravitatis ac sapientiæ tuæ, quam tu a puero præstitisti, ferre immoderatius casum incommodorum tuorum, qui sit ab eorum, quos dilexeris, miseria maloque sejunctus. Etenim eum semper te & privatis in rebus, & publicis præstitisti, tuenda tibi ut sit gravitas, & constantiæ serviendum. Nam quod allatura est ipsa diuturnitas, quæ maximos luctus vetustate tollit, id nos præcipere consilio prudentiaque debemus. Etenim si nulla unquam fuit liberis amis-

Ff.	Mm.	Sr.
•	Detrahere alicui aliquid, einem etwas benehmen, aus dem Sinne reden.	*
	communicare aliquid *cum* aliquo, etwas mit einem gemein haben. Not. h. l. præpos. *cum*. Male verbum *communicare* cum Dativo conjungitur.	
	non est gravitatis tuæ, es steht deiner Großmuth nicht an.	
	a puero, von Jugend auf.	
	ferre immoderatius casum incommodorum suorum, seinen Unfall sich allzusehr zu Hertzen nehmen.	
	eum te præstitisti, du hast dich so standhafft und weise aufgeführet. Pronom. *is* emphaticum.	
	constantiæ servire, sich der Standhafftigkeit ergeben.	
	diuturnitas maximos luctus vetustate tollit, die Länge der Zeit macht das gröste Leid und Trauren endlich alt und vergessen.	
	præcipere aliquid consilio, etwas durch weisen Entschluß voraus sehen.	
	nulla *unquam*. v. II. 10.	

sis

sis tam imbecillo mulier animo, quæ non aliquando lugendi modum fecerit, certe nos, quod est dies allatura, id consilio anteferre debemus, neque exspectare temporis medicinam, quam repræsentare ratione possimus. His ego litteris si quid profeciſſem, existimabam optandum quiddam me esse assecutum: sin minus forte valuissent, officio tamen esse functum benevolentissimi atque amicissimi, quem me tibi & fuisse semper existimes velim, & futurum esse confidas. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
His ego litteris - v. I. 4. *quibus in rebus. velim.* v. I. 2.	imbecillo animo, weichmüthig.	*anteferre* voraus nehmen, voraus sehen. idem, quod supra: *præcipere.* Singularis significatio hujus verbi.
	lugendi modum facere, aufhören zu trauren.	
	dies. v. I. 37.	
	quod est dies allatura, was mit der Zeit geschehen wird.	
	repræsentare. Male: præsentare.	
	sin minus, wo nicht, wo anders.	
	fungi officio amicissimi, die Pflichten eines aufrichtigen Freundes beobachten.	
	quem me tibi, v. I. 21. *eundem tibi.*	

EPIST. XXIX. (Lib. XI. ep. 27. ad fam.) Cic.

M. CICERO S. D. C. MATIO.

NOndum satis constitui, molestiæne plus, an voluptatis attulerit mihi Trebatius noster, homo tum plenus officii, tum utriusque nostrum amantissimus. Nam cum in Tusculanum vesperi venissem, postridie ille ad me, nondum satis firmo corpore cum esset, mane venit. Quem cum objurgarem, quod parum valetudini parceret, tum ille, nihil sibi fuisse longius, quam ut me videret. Num quidnam, inquam, novi? detulit ad me querelam tuam, de qua, priusquam respondeo, pauca præponam. Quantum memoria repetere præterita possum, nemo est mihi te amicus antiquior. Sed vetustas habet aliquid commune cum multis, amor non habet. Dilexi te, quo die cognovi, meque a te diligi ju-

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Quem cum-pro: cum eum-v. I. 8. *Qui situm ille*, scil. inquit. Ellipsis epistolaris. v. I. 5. *gratum.*	Nondum satis constitui, ich stehe noch bey mir an. homo plenus officii, ein dienstwilliger Mensch. nondum satis firmo corpore est, er ist noch nicht völlig genesen. v. I. 6. confirmare se. *nihil* mihi fuit *longius*, quam ut- es hat inquam, ich sagte. mich nichts mehr verlanget, als- Num quidnam novi? was bringst du gutes neues. memoria repetere præterita, auf das Vergangene zurücke gedencken. v. II. 28. cognoscere aliquem, einen kennen lernen.	*nemo amicus-* pro: nemo amicorum, s. nullus amicus. Singularis, at elegans locutio. cf. C. Nepos Epam. II. 1.

dica-

dicavi. Tuus deinde discessus, isque diuturnus, ambitio nostra, & vitæ dissimilitudo non est passa voluntates nostras consuetudine conglutinari. Tuum tamen erga me animum agnovi multis annis ante bellum civile, cum Cæsar esset in Gallia. Quod enim vehementer mihi utile esse putabas, nec inutile ipsi Cæsari, perfeciſti, ut ille me diligeret, coleret, haberet in suis. Multa prætereo, quæ temporibus illis inter nos familiarissime dicta, scripta, communicata sunt. Graviora enim sunt conse-

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Perfeciſti, ut- v. I. 1. *fac, ut-*	*discessus.* „Er war mit dem *Cæsare* in „*Gallien* gezogen, woselbst sie in das „9te Jahr verweilten, bis das *bellum* „*civile* angieng. Ed. Berolin.	est *passa conglutinari.* Pro: *ut* conglutinarentur. v. plura I. 12 *fieri* placeret.
	vitæ dissimilitudo. „Denn *Matius* suchte „bey dem *Cæsar* und im Kriege sein „Glück, *Cicero* aber zu Rom *in Curia* „*& Foro.* Ed. Berolin.	
	voluntates nostræ consuetudine conglutinantur, unsere Neigungen gegen einander werden durch den täglichen Umgang mehr und mehr verknüpfet.	
	nec inutile, pro: & utile. v. II. 12. *non minimam.*	
	habere aliquem in suis, einen unter seine Vertrauten zählen.	
	communicare cum aliquo, ut inter se invicem alter alterius sagum	

cuta. Et initio belli civilis, cum Brundisium versus ires ad Cæsarem, venisti ad me in Formianum. *Primum* hoc ipsum quanti, præsertim temporibus illis? *deinde* oblitum me putas consilii, sermonis, humanitatis tuæ? quibus rebus interesse memini Trebatium. Nec vero oblitus sum litterarum tuarum, quas ad me misisti, cum Cæsari obviam veniissem in agro, ut arbitror, Trebulano. Securum illud tempus est, cum me ad Pompejum proficisci, sive pudor meus coëgit, sive officium, sive fortuna: quod officium tuum, quod studium vel in absentem me, vel in præsentes meos defuit? quem porro omnes mei & mihi

Ff- *Hoc ipsum quanti?* scil. æstimavi - Ellipsis illa epistolaris Cic. de qua plura I. 5. *gratum.* *Nec* vero - pro: *Et* vero *non* - v. plura I, 22. *Neque* enim. *quod - quod* - Anaphora Cic. epistolaris. v. I. 24. *vel-vel* - v. I, 25.

Mm. Brundisium *versus* - v. II. 25. conf. 23. „*Formianum*, ein Land-Gut des *Cic.* „bey der Stadt *Formiæ*, an den *Camp,,paniſchen* Grentzen in *Auruncis*, „oder *Latio novo adjecto* gelegen. Ed. Berolinensis. *primum*, *deinde*, *tandem*, *tum*, *post*-- v. II. 21. interesse *memini.* Not. h. l. verbum *memini* eleganter cum præs. infinit. *interesse* conjunctum, pro: *interfuisse.* v. Cic. p. R. Dej. XIV. 3. *Trebulano.* „Der Ort *Trebulæ* soll vor „alten Zeiten *Mutusca* zubenamet „seyn, in dem *Sabiner*-Lande gele„gen, wo itzo die Stadt *Monte Lio„ne della Sabina* lieget. v. *Cellar. N. O. A.* Ed. Berolin. *sive-sive-sive* - v. II. 2. *quod* studium -- Interrog. epist. qua per totam hanc fere epist. utitur. v. I. 27.

Ss. proficisci *coëgit* pro: *ut* proficisceret. vid. plura I. 12. *fieri placeret.*

&

& sibi te amiciorem judicaverunt? Veni Brundisium: oblitumne me putas, qua celeritate, ut primum audieris, ad me Tarento advolaris? quæ tua fuerit adsessio, oratio, confirmatio animi mei fracti communium miseriarum metu? *Tandem* aliquando Romæ esse cœpimus, quid defuit nostræ familiaritati? in maximis rebus, quonam modo me gererem adversus Cæsarem, usus tuo consilio sum. In reliquis officiis, cui tu tribuisti, excepto Cæsare, præter me, ut domum ventitares, horasque multas sæpe suavissimo sermone consumeres? *Tum*, cum etiam, si meministi, ut hæc φιλοσοφούμενα scriberem, tu me impulisti. *Post* Cæsaris reditum, quid tibi majori

---

Ff.

*

Mm.

Brundisium ist der berühmte See-Hafen in Calabria.

ut primum. v. I. 12. *quam primum*.

Tarentum war eine mächtige Republique in Græcia Magna.

advolare ad aliquem. v. II. 13.

confirmatio animi, eine Aufrichtung (Trost) des Gemüths.

fractus, nieder geschlagen.

tandem aliquando, endlich einmal. v. Cic. I. in Catil. VII. 9.

excepto Cæsare, ausgenommen dem Cæsar.

horas multas suavissimo sermone consumere, im angenehmsten Gespräche viel schöne Stunden mit einem passiren.

φιλοσοφούμενα. „Verstehe seine Bücher, „*de Finibus*, *Tusculanas quæstiones* „und andere, die er bey diesen betrübten Umständen, die Zeit zu „vertreiben, schrieb. Ed. Berolin.

Ss.

*

curæ fuit, quam ut essem, ego illi quam familiarissimus? Quod effeceras. Quorsum igitur hæc oratio longior, quam putaram? Quia sum admiratus, te, qui hæc nosse deberes, quidquam a me commissum, quod esset alienum nostra amicitia, credidisse. Nam præter hæc, quæ commemoravi, quæ testata sunt & illustria, habeo multa occultiora, quæ vix verbis exsequi possum. Omnia me tua delectant, sed maxime maxima cum fides in amicitia, consilium, gravitas, constantia, tum lepos, humanitas, litteræ. Quapropter redeo nunc ad querelam. Ego te suffragium tulisse in illa lege, primum non credidi; deinde si credidissem, nunquam id sine aliqua justa causa existimarem te fecisse. Digni-

Ff.

Quorsum scil. tendit. Ellipsis Cic. epistolaris. v. I. 5. *gratum.*

Mm.

quam familiarissimus. v. I. 26. *quam* maxime.

hoc alienum est nostra amicitia, diß ist wider unsere Freundschafft.

hæc testata sunt & illustria, diß ist notorisch und offenbahr.

occultus, geheim.

hoc vix verbis exsequi possum, diß kan ich kaum mit Worten aussprechen.

lepos, die Annehmlichkeit, Grace.

litteræ. „Von der Gelehrsamkeit dieses „*Matii* macht *Cic.* sowol in dieser Epi„stel, da er ihn unten *hominem do„ctissimum* nennet, als auch an an„dern Orten viel Wesens. Ed. Berol.

redeo nunc *ad.* Elegans transeundi formula. conf. C. Nepos Dat. I. 1.

lege. „Es soll dieses, nach *Manutii* „Meynung, *Lex de æstimatione possef„sionum creditoribus tradendarum* „seyn. v. *Cæsar L. III. Bell. Civ. cap.* 1. Ed. Berolin.

Ss.

tas

tas tua facit, ut animadvertatur, quidquid facias: malevolentia autem hominum, ut nonnulla durius, quam a te facta sint, proferantur. Ea tu si non audis, quid dicam, nescio; equidem si quando audio, tam defendo, quam me scio a te contra iniquos meos solere defendi. Defensio autem est duplex; alia sunt, quæ liquido negare soleam, ut de isto ipso suffragio; alia quæ defendam, a te pie fieri, & humane, ut de curatione ludorum. Sed te hominem doctissimum non fugit, si Cæsar Rex fuerit, quod mihi quidem videtur in utramque partem de tuo officio disputari posse; vel in eam, qua ego uti soleo, laudandam esse fidem & humanitatem tuam, qui amicum etiam mortuum diligas; vel in eam, qua nonnulli utuntur, libertatem patriæ vitæ amici anteponendam. Ex his sermonibus utinam essent delatæ ad te disputationes meæ. Illa vero duo, quæ maxima sunt lau-

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Facit, ut- v. I. 1. *fac ut- vel, vel-* v. I. 25.	malevolentia, die Mißgunst, Medisance..	*
	si *quando*. Elegantius, pro: si aliquando.	
	iniquus meus, mein Widersacher.	
	liquido, klar, deutlich.	
	de *isto ipso*- von ietzt bemeldtem, ietzterwähntem-	
	pie. v. II. 13. conf. I. 13. *pietas*.	
	mihi *quidem* v. I. 5. ego *quidem*.	
	in utramque partem, gut und böse. Barbare ajunt: *pro & contra*. conf. II. 21. *quam in partem*.	

dum tuarum, quis aut libentius, quam ego, commemorat, aut sæpius: te & non suscipiendi belli civilis gravissimum auctorem fuisse, & moderandæ victoriæ? In quo qui mihi non assentiretur, inveni neminem. Quare habeo gratiam Trebatio, familiari nostro, qui mihi dedit caussam harum litterarum. Quibus nisi credideris, me omnis officii & humanitatis expertem judicaris, quo nec mihi gravius quidquam potest esse, nec a te alienius. Vale.

Ff.

In *quo* quipro: qui in hoc -- v. I. 8.

Qui si-

Quibus nisipro: nisi his - v. ibid.

Mm.

quis libentius, quam ego - pro: ego libentissime - v. I. 19. *nihil amabilius.*

neminem. Eleganter claudit periodum notio *nemo.* conf. II. 13. *omnia.*

habeo tibi gratiam, ich weiß dir Danck.

homo omnis officii & humanitatis expers, ein Mensch, der keine Treue noch Liebe in seinem Hertzen hat.

nec (non) *quidquam.* Elegantius, pro: nihil. v. I. 3.

quo non *gravius quidquam* potest esse. Elegantius, pro: hoc est gravissimum. v. I. 19. *nihil amabilius.*

hoc a te alienum est, diß ist wider deine Freundlichkeit und Liebe gegen mich.

Ss.

*

Epist. XXX. (Lib. xi. ep. 28. ad fam.) Cic.

C. MATIUS S. D. M. Ciceroni.

MAgnam voluptatem ex tuis litteris cepi, quod, quam speraram atque optaram, habere te de me opinionem cognovi. De qua etsi non dubitabam, tamen, quia maximi æstimabam, ut incorrupta maneret, laborabam. Conscius autem mihi eram, nihil a me commissum esse, quod boni cujusdam offenderet animum. Eo minus credebam, plurimis atque optimis artibus ornato tibi temere quidquam persuaderi potuisse, præsertim in quem mea propensa & perpetua fuisset atque esset benevolentia. Quod quando, ut volui, scio esse, respondebo criminibus, quibus tu pro me, ut par erat, tua singulari bonitate, & amicitia nostra sæpe restitisti.

Ff.

(De *qua* etsi- pro: Etsi de hac- v. l. 8. *Qui* si-

(*laborabam, ut-* v. l. 1. *fac ut-*

(*Quod* quando- pro: quando hoc - iterum. v. l. c.

Mm.

incorruptus, unversehrt, unverändert.

conscius mihi sum, mein Gewissen sagt mirs.

bonus, sc. vir, ein Patriot, honnet - homme.

vir plurimis atque optimis artibus ornatus, ein habiler und gelehrter Mann. Polyhistor. v. l. 17. *optimæ artes.*

temere, ohne Ursache, leichtlich.

propensa mea & perpetua in eum fuit benevolentia, ich habe ihm jederzeit hertzlich gerne wohl gewollt.

crimen, die Bezüchtigung, Injurie.

ut par erat. Elegans form. pro: ut *æquum* erat.

Ss.

Nota enim mihi sunt, quæ in me post Cæsaris mortem contulerint. Vitio mihi dant, quod mortem hominis necessarii graviter fero, atque eum, quem dilexi, periisse indignor. Ajunt enim patriam amicitiæ præponendam esse: proinde acsi jam vicerint; obitum ejus Reip. fuisse utilem. Sed non agam astute. Fateor, me ad istum gradum sapientiæ non perveniſſe. Neque enim Cæsarem in dissensione civili sum secutus, sed amicum, quanquam re offendebar, tamen non deserui: neque bellum unquam civile, aut etiam causſam dissensionis, probavi, quam etiam nascentem exstingui summe studui. Itaque in victoria hominis necessarii, neque honoris, neque pe-

Ff.

(*Neque* enim, pro: Et enim non- v. plura I. 22.

(*neque*- pro: & non iterum. v. l. c.

Mm.

conferre in aliquem crimen, einen verleumden, blamiren.

vitio alicui dare (aliquid,) einem etwas verargen, für übel deuten.

graviter ferre mortem alicujus, jemandes tödtlichen Hintritt hertzlich beklagen.

necessarius, ein naher Freund.

proinde acsi. sequ. Conjunctivo, gerade, als ob- v. II. 18. *proinde, ut*-

ad istum gradum sapientiæ non perveni, so hoch erstreckt sich meine Weisheit nicht (es ist über meinen Horizont.)

neque unquam. Elegantius, pro: & nunquam. v. I. 23.

dissensionem nascentem exstinguere, die Zwietracht in der Geburt ersticken.

Ss.

exstingui *studui*- pro: *ut* exstingueretur. v. plura I. 12. *fierè placeret.*

cuniæ

cuniæ dulcedine ſum captus; quibus præmiis reliqui, minus apud eum, quam ego, cum poſſent, immoderate ſunt abuſi. Atque etiam res familiaris mea lege Cæſaris deminuta eſt, cujus beneficio plerique, qui Cæſaris morte lætantur, remanſerunt in civitate. Civibus victis ut parceretur, æque, ac pro mea ſalute laboravi. Poſſum igitur, qui omnes voluerim incolumes, eum, a quo id impetratum eſt, periiſſe non indignari? cum præſertim iidem homines illi & invidiæ & exitio fuerint. Plecteris ergo, inquiunt, quando factum noſtrum improbare audes. O ſuperbiam inauditam! alios in facinore gloriari, aliis ne dolere quidem impune licere. At hæc

Ff.

(*Laboravi ut*- iterum, v. ſupra: *laborabam, ut*-

Mm.

capi dulcedine alicujus rei, ſich durch den Vortheil (Genuß) eines Dinges bezaubern (verleiten) laſſen.

Atque etiam, ja auch v. I. 30.

res familiaris, das Vermögen.

lege. v. II. 29. *lege*-

deminuere, ſchmählern, ſchwächen.

ejus beneficio, durch ſeine Generoſité.

æque, ac, eben ſo als.

-*exitio*. „Weil der J. *Cæſar* ſeine nachmaligen Mörder zuvor nicht allein „*pardonniret*, ſondern auch aus Feinden, die des *Pompeji* Parthey gehalten, zum Theil die vertrauteſten „Freunde gemachet hatte. Ed. Berolin.

gloriari in facinore, ſich ſeiner Ubelthat rühmen, jauchzen über-

ne dolere *quidem* v. I. 14.

impune, frey, ungeſtrafft.

Ss.

voluerim incolumes, ſcil. eſſe- pro: *ut* eſſent- v. I. 12.

fieri placeret

ne — quidem: elegantior divelſio.

etiam

etiam servis semper libera fuerunt; timerent, gauderent, dolerent, suo potius quam alterius arbitrio, Quæ nunc, ut quidem isti dictitant, libertatis auctores metu nobis extorquere conantur. Sed nihil agunt. Nullius unquam periculi terroribus ab officio aut humanitate descisçam. Nunquam enim honestam mortem fugiendam, sæpe etiam appetendam putavi. Sed quid mihi succensent, si id opto, ut pœniteat eos sui facti? Cupio enim Cæsaris mortem omnibus esse acerbam. At debeo pro civili parte Remp. velle salvam. Id quidem me cupere, nisi & anteacta vita, & reliqua mea spes, tacente me, probat, dicendo vincere non postulo. Qua-

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
*	ut *quidem* isti. v. I. 5. ego *quidem.*	*Cupio* esse- pro: *ut* sit-v. I. 12. *fieri placeret- velle* salvam, scil. esse- pro: *ut* salva sit-v. ibid.
	nihil agis, du bemühest dich umsonst, es es ist vergebens.	
	nullius *unquam.* v. II. 10.	
	humanitas, die Treue (Pflichten gegen GOtt und den Nächsten.) v. II. 29.	
	pro civili parte, als ein rechtschaffener Patriot, nach der Pflicht eines redlichen Römischen Bürgers.	
	id *quidem.* v. I. 5. ego *quidem.*	
	dicendo vincere non postulo, ich will nicht wahr geredet haben. Elegans asseverandi formula.	

re

re majorem in modum te rogo, ut rem potiorem oratione ducas, mihique, si sentis, expedire recte fieri, credas, nullam communionem cum improbis esse posse. An, quod adolescens præstiti, cum etiam errare cum excusatione possem, id nunc, ætate præcipitata, commutem, ac me ipse retexam? Non faciam: neque, quod displiceat, committam; præterquam quod hominis mihi conjunctissimi, ac viri amplissimi doleo gravem casum. Quodsi

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
(*Majorem in modum.* v. l. 8. *minum in modum.* (*Quodsi*, pro simplici *si.* v. l. 17.	res potior oratione est, die Sache ist wichtiger, als man beschreiben kan.	*
	nulla communio cum improbis esse potest, ein Tugendhaffter kan keine Gemeinschafft mit den Mördern (Gottlosen) pflegen.	
	cum etiam errare cum excusatione possem, da mir ein und anderer Fehler zu pardonniren war, weil die Jugend mich entschuldigte. Elegans & arguta descriptio adolescentiæ.	
	ætate præcipitata, bey herejnbrechendem Alter.	
	me *ipse*. Elegantius, pro: me ipsum. v. II. 8. mecum *ipse*.	
	se ipse retexit, er strafft und verwirfft seine vorige Aufführung durch eine gantz andere Lebens-Art.	
	dolere gravem casum alicujus, jemandes Todes-Fall betrauren.	

ali-

aliter essem animatus, nunquam, quod facerem, negarem: ne & in peccando improbus, & in dissimulando timidus ac vanus existimarer. At ludos, quos Cæsaris victoriæ Cæsar adolescens fecit, curavi. At id ad privatum officium, non ad statum Reip. pertinebat. Quod tamen munus & hominis amicissimi memoriæ, ac honoribus præstare etiam mortuo debui, & optimæ spei adolescenti, ac dignissimo Cæsare, petenti negare non potui. Veni etiam Consulis Antonii sæpe domum salutandi caussa: ad quem, qui me parum patriæ amantem esse existimant, rogandi quidem aliquid aut auferendi caussa frequentes ventitare reperies. Sed quæ hæc est arrogantia, quod Cæsar nunquam interpellavit, quin, quibus vel-

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
(Ad *quem* qui-pro: ad eum- v. l. 8. *Qui* si-	animatus, gesinnet.	*
	At-At-Particula objicientis & respondentis. v. II. 25. *At vero.*	
	munus, die Ehren-Bezeugung, letzte Liebe.	
	negare non potui petenti, ich habe es ihm nicht versagen können, da er mich darum bat.	
	adolescens optimæ spei, ac dignissimus patre, ein wohlgerathner Sohn seines Vaters.	
	salutare aliquem, einem seine Aufwartung (Cour) machen.	
	parum patriæ amans est, er ist nicht eifrig genug für die Freyheit des Vaterlandes (nicht patriotisch.)	

lem,

lem, atque etiam quos ipse non diligebat, tamen iis uterer: eos, qui mihi amicum eripuerunt, carpendo me, efficere conari, ne, quos velim, diligam? Sed non vereor, ne aut meæ vitæ modestia parum valitura sit in posterum contra falsos rumores, aut ne etiam ii, qui me non amant, propter meam in Cæsarem constantiam, non malint mei, quam sui similes amicos habere. Mihi quidem si optata contingent, quod reliquum est vitæ, in otio Rhodi degam: Sin casus aliquis interpellarit, ita ero Romæ, ut recte fieri semper cupiam. Trebatio nostro magnas gratias ago, quod tuum erga me animum simplicem atque amicum aperuit, & quod eum, quem semper dilexi libenter, quo magis jure colere atque observare deberem, fecit. Bene vale & me dilige.

Ff.

(*Efficere, ne-* v. I. 1. *fac, ut-* (*fecit, quo-* v. ibid.

Mm.

atque etiam- v. supra.

uti aliquo, mit einem umgehen. Barbare: *conversari.*

vitæ modestia, ein unsträfflicher Wandel, Lebens-Unschuld.

Mihi *quidem*, v. I. 5. ego *quidem.*

si mihi optata contingent, wenn es das Glück nach meinem Wunsche fügen wird.

quod reliquum est vitæ, in otio Rhodi degam, ich werde meinen Lebens-Rest zu Rhodus in der Stille hinlegen. conf. C. Nepos Timol. III. 4.

animus simplex, ein aufrichtiges Gemüth.

observare aliquem, Ehrerbietung gegen einen haben.

Ss.

fieri *cupiam*, pro: *ut* fiat. v. 12. *fieri placeret.*

EPIST.

Epist. XXXI. (Lib. v. ep. 12. ad fam.) Cic. M. T. CICERO LUCCEJO Q. FIL. S.D.

COram me tecum eadem hæc agere sæpe conantem deterruit pudor quidam pæne subrusticus: quæ nunc expromam absens audacius; epistola enim non erubescit. Ardeo cupiditate incredibili, neque, ut ego arbitror, reprehendenda, nomen ut nostrum scriptis illustretur & celebretur tuis. Quod etsi mihi sæpe ostendis te esse facturum, tamen ignoscas velim huic festinationi meæ. Genus enim scriptorum tuorum, etsi erat sem-

Ff.

Quod etsi pro: etsi hoc v. I. 8. *Qui* si ignoscas *velim*. v. I. 2.

Mm.

Coram. v. I. 10.
eadem hæc. v. II. 19. *Hoc idem*.
agere cum aliquo aliquid, einem etwas vortragen.
pudor quidam pæne subrusticus, eine allzu feige und unanständige Schamröthe (Blödigkeit.)
expromere, heraus sagen, von sich sagen.
epistola non erubescit, der Brief wird nicht roth.
ardere cupiditate incredibili, ein brennendes Verlangen haben. *incredibilis*, pro: magnus. v. II. 1.
& celebretur tuis. „Es *recommandiret* „*Manutius* allhier den schönen *Numerum*; wie denn diese Epistel eben „als eine schöne wohlgesetzte *Oration* „*in numero oratorio* unvergleichlich „ist. Um welcher Ursachen, wie auch „der schönen *Realien* halben, *Cicero* „selbst diese Epistel *valde bellam* etwa „nennen mag. *Lib.* 4. *ad Attic. ep.* 6. *in fin.* Ed. Berol.
genus scripti, die Schreib-Art, der Stylus.

Ss.

*

per

per à me vehementer exspectatum, tamen vicit opinionem meam, meque ita vel cepit, vel incendit, ut cuperem quam celerrime res noſtras monimentis commendari tuis. Neque enim me ſolum commemoratio poſteritatis ad ſpem quandam immortalitatis rapit, ſed etiam illa cupiditas, ut vel auctoritate teſtimonii tui, vel indicio benevolentiæ, vel ſuavitate ingenii vivi perfruamur. Neque tamen, hæc cum ſcribebam, eram neſcius, quantis oneribus premerere ſuſceptarum rerum, & jam inſtitutarum: Sed quia videbam Italici belli & civilis hiſto-

Ff.

Vel-vel- v. I. 25.

Neque enim pro: Et enim non - v. plura I. 22.

vel-vel-vel- v. iterum I. 25.

Neque tamen- pro: Et tamen non - iterum v. I. 22.

Mm.

hoc vicit opinionem meam, diß hat mir mehr Verlangen gemacht, als ich gemeynet hatte.

capere, einnehmen, charmiren.

quam celerrime. v. I. 26. *quam* maxime.

commendare res alicujus monimentis ſuis, jemandes Leben und Thaten ein ſchrifftliches Ehren - Denckmaal aufrichten.

poſteritas, die Nachwelt.

vivi, bey unſerm Leben.

non ſum neſcius, ich weiß ſehr wohl.

magnis oneribus premi, mit ſchweren Geſchäfften beladen (embraſſiret) ſeyn.

res, h. l. die Geſchichten.

Italici v. Flor. Lib. III. c. 18. Edit. Berolinenſis.

civilis. Nemlich den der *Sylla* wider des *Marii* Anhang geführet. *Flor. Lib. III. c.* 21. Ed. Berolin.

Ss.

cuperem commendari- pro: *ut* commendentur. v. I. 12. *fieri placeret.*

cum ſcribebam- pro: cum ſcriberem- v. II. 9. *cum* valebamus.

riam jam a te pæne esse perfectam: dixeras autem mihi te reliquas res ordiri: deesse mihi nolui, quin te admonerem, ut cogitares, conjunctene malles cum reliquis rebus nostra contexere, an ut multi Græci fecerunt, Callisthenes Troicum bellum, Timæus Pyrrhi, Polybius Numantinum: qui omnes a perpetuis suis historiis ea, quæ dixi, bella separaverunt: tu quoque item civilem conjurationem ab hostilibus externisq; bellis sejungeres. Equidem ad nostram laudem non multum video interesse, sed ad properationem meam quiddam interest, non te exspe-

Ff.	Mm.	Ss.
*	deesse mihi nolui, quin ich habe mir nicht entstehen wollen, daß - Elegans formula petitoria.	*
	conjuncte res contexere, die Geschichten beysammen in einer historischen Relation (in einer Chronica) zusammen fassen.	
	separare, besonders, a part, beschreiben. conf. C. Nepos Cat. III. 5.	
	perpetua historia, eine ausführliche, zusammenhangende, Geschichte, Chronica. v. C. Nepos Epam. V. 1. perpetua oratio.	
	ea, *quæ dixi*, bella, besagte, bemeldete Kriege.	
	non multum, pro: parum. v. II. 12. *non minimam.*	

tare, dum ad locum venias, ac statim causſam illam totam & tempus arripere. Et simul, si uno in argumento, unaque in persona mens tua tota versabitur, cerno jam animo, quanto omnia uberiora atque ornatiora futura sint. Neque tamen ignoro, quam impudenter faciam, qui primum tibi tantum oneris imponam, (potest enim mihi denegare occupatio tua,) deinde etiam, ut ornes me, postulem. Quid si illa tibi non tantopere videntur ornand? Sed tamen qui semel verecundiæ fines transie-

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Neque tamen pro: Et tamen non- v. plura l. 22. *Neque* enim.	*locus*, h. l. die Begebenheit, Avanture, Passage.	
	causſa, der Handel. Dictio forensis.	
	argumentum, h. l. pro materia, ſ. theмate, quod ajunt.	
	mens mea tota versatur uno in argumento, mein Gemüth hat nur ganz allein eine Materie (ein Thema) vor ſich.	
	cerno jam animo, ich ſehe ſchon im Geiſte. Scite Hypotyposeos formula. v. 4. in Catilin. VI. 4	
	uberiora verſtehet *Manutius ad h. l.* von den *Realien* und hiſtoriſchen Umſtänden, *ornatiora* von dem *Stylo*. Ed. Berolin.	
	primum, deinde. v. II. 21.	
	tantum *oneris*. Elegantius, pro: tantum onus v. I. 2 quid *conſili*.	
	ornare aliquem, einen rühmen, herausſtreichen.	
	Quid ſi, wie wenn. ſequ. Indicativo. Elegans objicientis formula, cum apodoſi: *ſed tamen*.	
	qui ſemel verecundiæ fines transiit, eum bene & naviter oportet eſſe impudentem, wer einmal aus den Schranken der Schamhafftigkeit geſchritten iſt, der muß gut und weidlich unverſchamt ſeyn.	

rit, eum bene & naviter oportet esse impudentem. Itaque te plane etiam atque etiam rogo, ut omnes ea vehementius, quam fortasse sentis; & in eo leges historiæ negligas, gratiamque illam, de qua suavissime quodam in prooemio scripsisti, a qua te affici non magis potuisse demonstras, quam Herculum Xenophontium illum a voluptate; ea si me tibi vehementius commendabit, ne aspernere, amorique nostro plusculum etiam, quam concedit veritas, largiare. Quodsi te adducemus, ut hoc

Ff.

Etiam atque etiam. v. plura I. 8.

Quodsi, pro simplici *si*, v. I. 17.

Mm.

leges historiæ. Cicero setzet selbst 3. derselben *Lib.* 2. *de Orat.* Der (1) *Ne quid falsi dicere audeat.* Der (2) *Ne quid veri non audeat.* Der (3) *Ne qua suspicio gratiæ sit, ne qua simultatis.* Ed. Berolin.

gratia, die Gunst, Passion. v. II. 15.

affici, verleitet, verlocket werden.

non magis, quam, so wenig, als. v. II. 18.

amori nostro plusculum etiam, quam concedit veritas, largire, aus Liebe zu mir schreibe zu meinem Ruhme lieber mehr als weniger. v. II, 5. da atque *largire.*

Ss.

suscipias, erit (ut mihi persuadeo) materies digna facultate & copia tua. A principio enim conjurationis usque ad reditum nostrum, videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse: in quo & illa poteris uti civilium commutationum scientia, vel in explicandis caussis rerum nostrarum, vel in remediis incommodorum: cum & reprehendes ea, quæ vituperanda duces, & quæ placebunt, exponendis rationibus comprobabis, & si liberius, ut consuevisti, agendum putabis, multorum

Ff.
Vel-vel- v. I. 25.

Mm.
facultas, die Beleſenheit, Lecture, Judicium.
copia, die Beredtſamkeit, reicher und flieſſender Stylus.
modicum quoddam corpus, ein ziemlich Werck.
in *explicandis*, in Erklärung, Beſchreibung. v. II. 17. in *administranda*.
causſa, die Fehde, der Proceſs. Dictio forenſis.
res. v. ſupra.
remedium, ein Mittel. Barbare: *medium.* conf. C. Nepos Attic. XXI. 2.
conſuesti. Elegantius, pro: ſoles. v. II. 15.
ut conſuesti. v. I. 27. *ut ſoles.*
multorum. „Er zielet auf die Zeit, als „er ins *Exilium* wandern muſte, da „des *Pompeji* Untreu ihn zur Unzeit „ſtecken ließ, da *Clodius* ſo grimmig „hinter ihn her war, und die damaligen *Conſules* für 2. fette Provinzen des *Ciceronis* Wohlfahrt an „ſeine Feinde verkauffte, und alſo „Verräther wurden. Edit. Berol.

Ss.
*

in nos perfidiam, insidias, proditionem notabis. Multam etiam casus nostri tibi varietatem in scribendo suppeditabunt, plenam cujusdam voluptatis: quæ vehementer animos hominum in legendo scripto retinere possit. Nihil est enim aptius ad delectationem lectoris, quam temporum varietates, fortunæque vicissitudines: quæ etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt jucundæ. Ha-

Ff.	Mm.	Ss.
Quæ etsi-pro: etsi illæ-- v. plura l. 8. *Qui* si-	casus, der Fall, Begebenheit (Abentheur) *Avanture*, quæ dictiones non parum harmoniæ habent.)	*
	varietas (in scribendo) vehementer animos hominum in legendo scripto retinere potest, die Abwechselung eines Geschicht-Schreibers in den Begebenheiten kan die Gemüther der Leser ungemein wohl bey der Aufmerckſamkeit aufhalten (amusiren.)	
	nihil aptius est, pro: aptissimum hoc est. v. l. 19. *nihil amabilius.*	
	temporum varietates, der Wechsel der Zeit.	
	fortunæ vicissitudines, die Verkehrung des Glücks.	

bet

bet enim præteriti doloris ſecura recordatio delectationem. Ceteris vero nulla perfunctis propria moleſtia, caſus alienos ſine ullo dolore intuentibus etiam ipſa miſericordia eſt jucunda. Quem enim noſtrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miſeratione delectat? qui tum denique ſibi avelli jubet ſpiculum, poſteaquam ei percontanti dictum eſt, clypeum eſſe ſalvum: ut etiam in vulneris dolore æquo animo

Ff. | *Mm.* | *Ss.*

habet præteriti doloris ſecura recordatio delectationem, die ſtille und vergnügte Erinnerung des überſtandenen Schmertzens (Chagrins) hat groſſe Süßig- und Annehmlichkeit.

perfunctus eſt moleſtia hac, er hat die Beſchwerde gekoſtet (überſtanden.) v. II. 25.

ſine *ulla*, non: ſine omni.

miſericordia, das Mitleiden. Barbare: *compaſſio*. v. C. Nepos Them. IIX. 7.

Quem enim. Elegans interrog. epiſt. v. I. 27.

„*Mantinea* iſt eine Stadt in *Arcadien*, „da der ſiegende *Epaminondas* an einer Wunde ſterben muſte. v. C. *Nepos in vita Epam.* Ed. Berolin.

miſeratio, idem, quod *miſericordia*.

tum *denique*, pro: tum *demum*, da allererſt.

ſpiculum. C. Nepos appellat *ſparum*, Epam. IX. 1.

avelli *juſſit* pro: *ut* avellatur. vid. plura I. 12. *fieri placeret*.

cum laude moreretur. Cujus ſtudium in legendo non erectum Themiſtoclis fuga redituque retinetur? Etenim ordo ipſe annalium mediocriter nos retinet, quaſi enumeratione faſtorum. At viri ſæpe excellentis ancipites variique caſus habent admirationem, exſpectationem, lætitiam, moleſtiam, ſpem, timorem: ſi vero exitu notabili concludantur, expletur animus jucundiſſimæ lectionis voluptate. Quo mihi accideriſ optatius, ſi in hac ſententia fueris, ut a continentibus tuis ſcriptis, in quibus perpetuam rerum geſtarum hiſtoriam complecteris, ſecernas hanc quaſi

Ff Mm Ss

Quo- pro I Ko-connectendi Partic. Relativa. v. plura I. 8. Qui ſi-

ſalvus, unverſehrt, unverletzt.
æquo animo mori, mit freudigem Hertzen ſterben.
ſtudium meum in legendo erectum retinetur, ie weiter ich leſe, ie mehr Luſt und Attention bekomme ich zu leſen.
annales, ein Jahr-Buch, Chronicke.
mediocriter, nur etwas, nur halb ſo.
retinere, verweilen, amuſiren. v. ſupra.
anceps caſus, eine gefährliche Begebenheit, Avanture.
expletur animus jucundiſſimæ lectionis voluptate, das Gemüth wird ſatt (geſättiget von der Vergnügung und Anmuth im Leſen.
accideriſ. pro: erit. Elegantius. v I. 19.
in hac ſententia ſum, ich bin der Meynung.
continens ſcriptum, ein langes an einander hangendes (aus vielen Tomis beſtehendes) hiſtoriſches Werck.
perpetua rerum geſtarum hiſtoria, die gantze Hiſtorie nach dem ordentlichen Verlauffe derer Geſchichten von Zeit zu Zeit, i. e. eine Chronick.

fabu-

fabulam rerum, eventorumque nostrorum. Habet enim varios actus, multasque actiones & consiliorum & temporum. Ac non vereor, ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar, cum hoc demonstrem, me a te potissimum ornari celebrarique velle. Neque enim tu is es, qui, quid sis, nescias: & qui non eos magis, qui te non admirentur, invidos quam eos, qui laudent, assentatores arbitrere. Neque autem ego sum ita demens, ut me sempiternæ gloriæ per eum commendari velim, qui non ipse quoque in me commendando propriam ingenii gloriam consequatur. Neque enim

Ff.

Neque enim- pro: Et enim non - v. plura I. 22.

is es, qui nescias- pro: nescis. v. plura I. 42. *-erit*, in quo - conf. II. 11. (in *Mm.*) *is ego sum.*

Neque autem- pro: & autem non - v. I. 22.

Neque enim- pro: Et enim non - iterum v. l. c.

Mm.

fabulam. „Warum er seine Geschichte „*fabulam* oder eine Comödie nenne, „thut er gleich hinzu: *habet enim varios actus &c.* und vorher hieß es: „*Exitu notabili concluduntur.* Sein „*exitus notabilis* soll vermuthlich sein „*reditus ab exilio* seyn. Ed. Berolin.

varii actus, mancherley Aufzüge.

assentatiuncula quadam aucupari gratiam alicujus, einem schmeicheln, flattiren.

potissimum, vor andern. vid. C. Nepos Milt. I. 2.

non magis, quam- v. II. 18.

admirari, hoch achten, æstimiren.

commendare aliquem sempiternæ gloriæ, einen in das Buch der Unsterblichkeit schreiben, verewigen.

in me *commendando*, v. II. 17. in *administranda.*

Ss.

ornari- *velle* pro: *ut* ornerv. plura I. 12. *fieri placeret.*

commendari *velem* pro: *ut* commenderiterum v. l. c.

Alexander ille gratiæ causſa ab Apelle potiſſimum pingi, & a Lyſippo fingi volebat: ſed quod illorum artem cum ipſis, tum etiam ſibi gloriæ fore putabat. Atque illi artifices corporis ſimulacra ignotis nota faciebant; quæ vel ſi nulla ſint, nihilo ſunt tamen obſcuriores clari viri. Nec minus enim eſt ſpartiates Age-

If.

Nec minus-pro: Et non minus- v.l.22. *Neque* enim.

Mm.

gratiæ cauſſa, v.l. 43.

Apelle. „Eben dieſe beyde, den *Apel-*„*lem* und *Lyſippum*, führet *Horatius* „an *lib.2. ep.* 1. daß ſie von dem *Alex-*„*andro* in einem öffentlichen *Edict* „dazu *privilegiret* wären. Ed. Berol.

corporis ſimulacra, die Qualitæten des Leibes.

vel ſi (ſequ. Conjunctivo,) *tamen*, obſchon, dennoch. conf. I. II. *vel* in concione.

obſcurus, unbekannt.

perhibere, melden, anführen.

Ss.

pingi, fingi *volebat*, pro: *ut* pingeretur- v.l. 12. *fieri placeret.*

ignotis. active, pro: ignorantibus. Singularis dictio. conf. C. Nepos Ageſ. III X. 1. *ignoti.*

ſilaus

husille perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem suam passus est esse, quam qui in eo genere laborarunt. Unus enim Xenophontis libellus in eo Rege laudando facile omnes imagines omnium, statuasque superavit. Atque hoc præstantius mihi fuerit, & ad lætitiam animi, & ad memoriæ dignitatem, si in tua scripta pervenero, quam si in ceterorum: quod non ingenium mihi solum suppeditatum fuerit tuum, si ut Ti-

---

Ff.

*

Mm.

neque pictam. „dieses wollen einige daher führen, weil der *Agesilaus* klein, unansehnlich, und mit einem Fuß lahm gewesen. v. *C. Nepos Ages. IIX* 1. Doch *Xenophon in fin. initii* λόγε εἰς Ἀγησίλαον τὸν βασιλέα „giebet vor, daß es deßhalb geschehen, weil er lieber sein Gedächtniß „durch Tugend und tapffere Thaten „verewigen wollen, als durch Gemählde, die ein jeder reicher unnützer Mensch sich könne verfertigen „lassen. Ed Berohn.

unus. Elegantius, pro: solus. v II. 18.

hoc præstantius, pro: *eo* præstantius v. II. 6. *hoc* libentius.

memoriæ dignitas. das Ansehen der Erzehlung (des Gedächtnisses meiner.)

ingenium mihi tuum suppeditatum est, dein schönes Naturell und grosser Esprit hat (in meiner Lebens-Beschreibung meinen Thaten und Meriten einen grossen Glantz gegeben.

Ss.

passus est esse. pro: *ut* esset. v. 1. *fieri* placeret.

mole.

moleoni a Timæo, aut ab Herodoto Themistocli, sed etiam auctoritas clarissimi & spectatissimi viri, & in Reip. maximis gravissimisque causis cogniti, atque in primis probati; ut mihi non solum præconium, quod, cum in Sigæum venisset Alexander, ab Homero Achilli tributum esse dixit, sed etiam grave testimonium impertitum clari hominis, magnique videatur. Placet enim Hector ille mihi Nævianus, qui non tantum laudari se lætatur, sed addit etiam, a laudato viro. Quod si a te non impetro, hoc est, si qua te res impedierit (neque enim fas esse

Ff.

Quod si. pro: si hoc. v. plura I. 8. *qui* si.

neque enim, pro: & enim non. v. I. 22.

Mm.

Themistocli. Davon man noch in seiner so genannten *Polymnia* und *Urania* oder 7 und 8ten Buche nachlesen kan. Edit Berolin.

Alexander. v. Cic. Orat. pro Arch. X. 2. ubi Cicero Alexandrum M. in Sigæo ad Achillis tumulum ita perorantem inducit: *O fortunate adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris!*

Nævianus. Die rechten Worte aus dem alten Poeten *Nævio* sind bey dem *Cicerone lib. 15. ep. 6* im Anfange zu lesen. *Lætus sum laudari me, inquit Hector, opinor, apud Nævium, abs te, Pater, laudato viro.* Ed. Berol.

hoc est, ich meyne, ich sage. v. I. 32. id est.

non fas est, es ist nicht nöthig, billig.

Ss.

arbi-

arbitror, quicquam me rogantem abs te non impetrare,) cogar fortasse facere, quod nonnulli sæpe reprehendunt: scribam ipse de me, multorum tamen exemplo, & clarorum virorum. Sed, quod te non fugit, hæc sunt in hoc genere vitia: & verecundius ipsi de se scribant, necesse est, si quid est laudandum, & prætereant, si quid reprehendendum est. Accedit etiam, ut minor sit fides, minor auctoritas, multi denique reprehendant, & dicant, verecundio-

Ff.

Minor-minor = Familiaris Cic. Anaphora epistolaris, de qua plura l. 24.

Mm.

ipse de me. Wie *L. Sylla* von seinen Thaten 22. Bücher, nach *Plutarchi* Zeugniß, geschrieben haben soll. Bey dem *Tacito in Agricola c.* 1. wird von dem berühmten *P. Rutilio* dergleichen gemeldet. Und *Cicero* gedencket in seinem so genannten *Bruto* dreyer Bücher des *M. Scauri*, so derselbe von seinem eigenen Leben und Thaten selbst geschrieben. Ed. Berolin.

hoc me non fugit, ich weiß diß gar wohl.

vitium, ein Fehl, Faute.

verecundus, blöde.

præterire, übergehen.

Accedit etiam, ut - hiezu kömmt, daß - Elegans connectendi formula. v. II. 14.

Ss.

cogar facere, prot cogar, *ut* faciam. v. plura l. 12. *fieri placeret.*

res

res esse præcones ludorum gymnicorum: qui, cum ce-
teris coronis imposuerint victoribus, eorumque
nomina magna voce pronunciarint, cum ipsi ante lu-
dorum missionem corona donentur, alium præco-

Ff. | Min. | Ss.

Qui cum, pro: cum illi- Qui si-

præco, ein Herold.

gymnicorum. Von dem Griechischen Worte γυμνὸς, weil sie nackend im Lauffen, Fechten, Scheiben-Werffen Ringen und Springen sich übeten. Ed. Berolin.

magna voce pronunciare nomen alicujus, jemandes Namen mit heller Stimme ausruffen.

missio, die Verschiessung, der Schluß

præconem. Die Præcones wären gewisse Poeten, die eben auch um den Preis in Versen mit einander certirten; derselbe nun, so den Preis vor andern behielte, war nur befugt den victorem ludorum gymnicorum, oder so genannten Olympionicen zu krönen. Und da er nun selbst nachmals als victor inter poëtas zu krönen und zu proclamiren war, so that er solches nicht abermal selbst, sondern es mußte jemand von denen übrigen durch ihn überwundenen Poeten solches verrichten. v. Pausan. c. 1. Plin. hist. nat. l. 16. Plutarch. de se ipso sine invidia laudando. Ed. Berolin.

nem

nem adhibeant, ne sua voce ipsi se victores esse prædi-
cent. Hæc nos vitare cupimus, & si recipis caussam
nostram, vitabimus; idque ut facias rogamus. Ac
ne forte mirere, cur, cum mihi sæpe ostenderis, te
accuratissime nostrorum temporum consilia atque
eventus litteris mandaturum, a te id nunc tantope-
re & tam multis verbis petamus, illa nos cupiditas
incendit, de qua initio scripsi, festinationis, quod
alacres animo sumus, ut & ceteri viventibus nobis ex
libris tuis nos cognoscant, & nosmet ipsi vivi glorio-

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Nos, pro: me. v. plura I. 3.	*ipsi* se. Elegantius, pro: se ipsos. v. I. 19. tecum *ipse*.	*
	recipere caussam alicujus, jemandes Sache auf sich nehmen, übernehmen.	
illa nos cupiditas, pro: illa cupiditas nos. v. plura I. 4 *quibus in rebus*.	ostendere. v. I. 38.	
	litteris mandare aliquid, etwas beschreiben.	
	tempus. v. I. 30. *temporibus*.	
	illa nos. v. I. 21. *eundem tibi*.	
	alacris animo est, er ist eines muntern, aufgeweckten Geistes.	
	nos*met* ipsi. Elegans enclitica *met*, pronominibus: *ego*, *tu*, *se*, jungi solita, sequ. *ipse*.	

la noſtra perfruamur. His de rebus, quid acturus ſis, ſi tibi non eſt moleſtum, reſcribas mihi velim. Si enim ſuſcipis cauſſam, conficiam commentarios rerum omnium: ſin autem differs me in tempus aliud, coram tecum loquar. Tu interea non ceſſabis, & ea, quæ habes inſtituta, perpolies, nosque diliges. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Velim, pro: rogo. vid. plura I. 2.	*gloriola* noſtra, unſers wenigen Ruhms. Elegans & nervoſum deminutivum. v. l. 40. *nummulus*.	*
	His de rebus, hievon. v. I. *quibus* in rebus.	
	ſi tibi non eſt moleſtum, ohnſchwer.	
	commentarii ſind hier nichts anders, als ein ungekünſteltes Verzeichniß gewiſſer Geſchichten, wie ſie in der Ordnung geſchehen ſind, die dem andern übergeben werden, ein vollkommenes *Opus Hiſtoricum* daraus zu verfertigen; in welchem Verſtande *Jul. Cæſar* ſeine Bücher *commentarios* nennet, die aber ſo ſchöne geſchrieben ſind, daß ſich keiner getrauet hat, aus dieſen *commentariis* etwas noch beſſeres und vollkommeners zu machen. Ed. Berolin.	
	me, i. e. cauſſam meam.	
	perpolire, verfertigen, ausbreiten.	

FINIS.

C. PLINII CÆCILII SECUNDI

EPISTOLÆ SELECTÆ,

NOVA ARTE
NATIVA TAMEN, MULTOQUE
COMMODIORE
ENUCLEATÆ,
CURA

JO. JOACHIMI Ungnad,
SEEHUSA-PALÆO-MARCH.

LIPSIÆ & WRATISLAVIÆ,
APUD MICHAELEM HUBERTUM,
1741.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn81730147X/phys_0197
DFG

C. PLINII CÆCILII SECUNDI
Epistolarum Selectarum
Lib. I.

Epist. I. (Lib. x. ep. 89.)
C. Plinius Trajano Imp. S.

OPto, Domine, & hunc natalem, & plurimos alios quam felicissimos agas, æternaque laude florentem virtutis tuæ gloriam, & incolumis & fortis aliis super alia operibus augeas.

DICTIONES Epist. I.

I. *Familiares.*

Fortis, frisch und gesund. Familiaris hæc notio Plinio est in hac significatione. v. I. 12. I. 14. I. 36. II. 11. &c.

II. *Mediæ.*

Domine Ist so viel als *Imperator*, oder allergnädigster Herr; denn diesen Titul nahmen die nachfolgenden Kayser an, obgleich der *Augustus* ihn *recusirte*. Ed. Berolin.

natalis, scil. dies, der Geburts-Tag. v. I. 27. *natales*. conf. C. Nepos Timol V. 1.

quam felicissimos. Eleganter jungitur Superlativo partic. *quam*. v. I. 3. I. 7. I. 11. I. 12. I. 24. I. 27. I. 28. conf. Cic. Epist I. 26.

agere natalem suum, seinen Geburts Tag feyerlich begehen, celebriren.

æterna laude floret virtutis ejus gloria, der Ruhm seiner Tugend grünet in ewigem Segen.

&, &- &, &- Polysyndeton.

III. *Singulares.*

aliis super alia. Singularis locutio, quæ Germanismum videtur sapere: Eines über das andere. v. I. 3.

Epist. II. (Lib. I. ep. 11.) Plin.

C. Plinius Fabio Justo suo S.

OLim nullas mihi epistolas mittis. Nihil est, inquis, quod scribam. At hoc ipsum scribe, nihil esse, quod scribas: Vel solum illud, unde incipere priores solebant: *Si vales, bene est, ego valeo.* Hoc mihi sufficit: est enim maximum. Ludere me putas? Serio peto. Fac sciam, quid agas, quod sine solicitudine summa nescire non possum. Vale.

Ff.

Nullas mihi epistolas - pro: nullas epistolas mihi. Familiaris Plin elegantia, inter adjectiv & substant aliquid interponere v. I. 3. I. 8. I. 10. (I. 11.) I. 12. I. 22. I. 33. II. 4. II. 6. &c. &c. conf. Cic. Epist. I. 4. *quibus in rebus.*

Ludere me putas? Familiaris illa nostri Plinii interrogatio epistolaris. v. I. 5. I. 13. I. 19. I. 20. I. 21. I. 22. I. 25. I. 28. I. 31. I. 32. I. 38. II. 1. II. 3. II. 6. II. 12. II. 14. II. 17.

Mm.

Nihil est, quod scribam, Elegantius, pro: Nihil habeo scribere. conf. Cic Epist. I. 42. si quid *erit, in quo* (in *Ff.*)

hoc ipsum. Elegans Pleonasmus. v. I. 10. conf. Cic. Epist II. 19. *Hoc idem.*

solum illud. Cicero ait: *unum* illud. v. Cic. Epist. II 18. *unus.*

priores, die Vorfahren. pro: Majores, veteres.

si vales- Man findet in *Ciceronis* Episteln solche *formul* häuffig, auch so gar in denen Episteln, die er und andere an den Rath und das Römische Volck geschrieben aus den Provintzen. Ed. Berolin.

hoc mihi sufficit, hiemit bin ich vergnügt.

ludere, schertzen, spassen.

serio, im Ernst.

Fac sciam, laß mich wissen. Elegans formula epistolaris. conf. Cic. Epist. I. 1. (in *Ff.*)

hoc sine solicitudine summa nescire non possum, diß nicht wissen, macht mir den grösten Kummer.

Ss.

olim, pro: jamdiu. Singularis significatio hujus partic. v. II. 3.

EPIST.

EPIST. III. (Lib. VII. ep. 8.) Plin.

C. Plinius Prisco suo S.

EXprimere non possum, quam jucundum sit mihi, quod Saturninus noster summas tibi apud me gratias aliis super alias epistolis agit. Perge, ut cœpisti, virumque optimum quam familiarissime dilige, magnam voluptatem ex amicitia ejus percepturus, nec ad breve tempus. Nam cum omnibus virtutibus abundet, tum hac præcipue, quod habet maximam in amore constantiam. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Maximam in amore *constantiam* v. I. 2. *nullas* mihi *epistolas.*	*Exprimere non possum, quam*- Elegans formula epistolaris, Superlativum amplificans, pro: *jucundissimum* mihi est- v. II. 16. conf. Cic. Epist. I. 26. *dici non potest, quam-quam* familiarissime. v. I. 1. *quam* felicissimos. magnam voluptatem percipere ex re aliqua, ein grosses Vergnügen woraus schöpffen. v. Cic. Epist II. 4. *nec* (non) ad *breve*- Elegantius, pro: ad *longum.* v. I. 10. I. 13. I 25. II 9. conf. Cic. Epist. II. 12. *non minimam.* omnibus virtutibus abundare, alle Tugenden (Qualitæten) an sich haben.	*aliis super alias.* v. I. 1. *cum abundet, tum*-Singulare quid est, quod h. l. copulativa partic. *cum* Conjunctivum regit, loco Causalis, sequente nihilominus relativa s. copulativa *tum.* conf. Cic. p. Arch. IV. 2.

EPIST. IV. (Lib. IX. ep. 38.) Plin.

C. Plinius Satyrnino suo S.

EGo vero Rufum nostrum laudo, non quia tu, ut ita facerem, petiisti, sed quia est ille dignissimus. Legi enim librum omnibus numeris absolutum, cui multum apud me gratiæ amor ipsius adjecit. Judicavi tamen. Neque enim soli judicant, qui maligne legunt. Vale.

Ff.

Neque enim pro: Et enim non Frequenter & eleganter utitur Plinius, ut ceteri, in connectendis periodis partic. *neque* vel *nec*, pro: & *non*. v. I. 17 I. 28 I. 1. 37. I. 8. II. 2 II 4 II 8. II 9 II 12. II 17 (II. 18.) conf. Cic Epist. I. 22. *Neque* enim.

Mm.

Ego *vero*. v. Cic. Epist. II. 26. Ego *vero*. conf. Plin. Epist. I. 18. Tua *vero*. II. 10. mihi *vero*.

non, sed. Elegantes judicandi particulæ. v. II. 5. II. 11. II. 12. &c. conf. Cic. Epist. II. 16.

liber omnibus numeris absolutus, ein in allen Stücken vollkommenes Buch, da man nirgend zeigen kan, daß es ihm an etwas fehle. Ed. Berol. conf. I. 7.

multum *gratiæ*, pro: multam gratiam. Elegantius. v. I. 13. I. 14. I. 20. I. 21. I. 38. II. 3 II 4 II. 13. conf. Cic. Epist. I 2. quid *consilii*.

Judicavi tamen, dessen ohngeachtet habe ich mein Gutachten und Censur darüber von mir gegeben. Periodus duarum vocum: Cujus generis perbreves periodos in Plinii epistolis non unas invenies. v. I. 6. I. 28. I. 32. conf. C. Nepos Milt. IV. 4.

qui maligne legunt, die mit passionirtem Gemüthe des andern Schrifften lesen. v. I. 31.

Ss.

*

EPIST. V. (Lib. IX. ep. 32.) Plin.

C. Plinius Titiano suo S.

QUid agis? quid acturus es? Ipse vitam jucundissimam, id est, otiosissimam vivo. Quo fit, ut scribere longiores epistolas nolim, velim legere: illud tanquam delicatus, hoc tanquam otiosus. Nihil est enim aut pigrius delicatis, aut curiosius otiosis. Vale.

Ff.

Quid agis? quid acturus es? Interrogatio epistolaris Plinio familiarissima, de qua plura I. 2.

Ludere me putas.

Mm

Ipse, ich für meine Person, Wenigkeit v. I. 19. 1 30. conf. C. Nepos Milt. II. 2. *ipse* manere decrevit.

id est, ich sage, ich meyne. Elegans explicandi judicandi, ac insinuandi formula. v. I. 12. I. 31. II. 18. conf. Cic. Ep. I. 32.

vivere vitam jucundissimam, die angenehmste Lebens-Art führen. conf. C. Nepos Hannib. V. 1. *pugnare pugnam.*

Quo fit, ut nolim, pro: Quare nolo. Elegans connectendi formula: *Quo fit, ut-* v. II. 2. conf. C. Nepos Milt. II. 3. *quibus rebus fiebat, ut-* (in *Ff.*)

delicatus, zärtlich, weichlich, commode.

Nihil est *pigrius* delicatis. Elegantius, pro: delicati sunt pigerrimi. v. I. 25. I. 34. I 35. II. 16. conf. plura in Cic. Ep. I. 19. *nihil amabilius.*

Ss.

*

EPIST. VI. (Lib. VII. ep. 13.) Plin.

C. Plinius Feroci suo S.

EAdem epistola & studere te & non studere significat. Ænigmata loquor. Ita plane, donec distinctius, quod sentio, enuntiem. Negat enim te studere, sed est tam polita, quæ nisi a studente non potest scribi: aut es tu super omnes beatus, si talia per desidiam aut otium perficis. Vale.

Ff.

Ita plane, scil. videtur, s. est. Familiaris Plinio est ejusmodi Ellipsis epistolaris v.I. 19. I. 20 I. 23. I. 29. I. 32. I. 33 I. 34. I. 35. II. 2. II. 3. II. 5. II 7. II. 11. II. 12. II. 13. II. 14. conf Cic. Ep I. 5. *gratum.*

Mm.

& studere & non studere. Elegans Oximoron

Ænigmata loquor. v.I. 4 *judicavi tamen.*

ita *plane*, also und nicht anders.

distinctius enuntiare, deutlicher heraussagen.

negat te studere, pro: *ait* te *non* studere. Elegans Latinismus. v. II. 17. II. 18. conf. C. Nepos Them. VI. 2.

epistola polita, ein netter, wohlgesetzter Brief.

super omnes beatus, vor allen glückselig.

talia, so was feines. Notio *talis* emphatica, quæ in utramque partem sumi solet. v. I. 16. I. 31. II. 12. II. 16. conf. Cic Ep. II. 12. *talem.* it. C. Nepos Milt II 1. *talem* (in *Ff*)

per desidiam ohne Bemühung.

per otium, zum Zeit-Vertreib, für die lange Weile.

Ss.

tam polita, *quæ*, pro: *ut* sequente tamen Indicativo *potest.* Singularis locutio.

EPIST.

Epist. VII. (Lib. v. ep. 10.) Plin.

C. Plinius Antonino suo S.

CUm versus tuos æmulor, tum maxime, quam sint boni, experior. Ut enim pictores pulchram absolutamque faciem raro, nisi in pejus, effingunt: ita ego ab hoc Archetypo labore & decido. Quo magis hortor, ut quam plurima proferas, quæ imitari omnes concupiscant, nemo, aut paucissimi possint. Vale.

Ff. * | Mm. | Ss. *

æmulari aliquid, etwas nachmachen. h. l. übersetzen, nemlich des *Antonini* schöne Griechische in Lateinische Verse. Ed. Berolin.

absolutus. v. I. 4.

effingere, abschildern, abconterfaien.

pictores raro, *nisi in pejus*, effingunt pulchram absolutamque faciem, die Mahler flattiren nicht, i. e. sie machen das Portrait niemals schöner und vollkommener, als das Original selbst ist. v. I 21. *in deterius* I. 24. *in melius*.

Archetypum, ein Original, Meisterstück.

~~labore ab hoc, ich arbeite hierüber, ich entwerffe nach demselben.~~

decidere, nicht treffen.

Quo magis, um so vielmehr. Connect. form. v. I. 13 II. 9 II. 17. conf. Cic. Ep. II. 26.

quam plurima. v. I. 1. *quam* felicissimos.

EPIST. VIII. (Lib. x. ep. 9. al. 15.) Plin.

C. Plinius TRAJANO Imp. S.

VIctoriæ tuæ, optime Imperator, maximæ, pulcherrimæ, antiquissimæ, & tuo nomine & Reip. gratulor, Deosque immortales precor: ut omnes cogitationes tuas tam lætus sequatur eventus, ut virtutibus tantis gloria imperii & novetur & augeatur.

Ff.

Lætus sequatur *eventus*, v. l. 2. *nullas* mihi *epistolas*.

Mm.

optime Imperator, allergnädigster Kayser. v. l. 1. *Domine*,

antiquissima victoria, ein beständiger (ewiger) Sieg.

victoriæ tuæ gratulor, ich wünsche Glück zu dero Siege,

tuo *nomine*, Ihrentwegen. v. l. 26. conf. Cic. Ep. II. 10. il. 25.

cogitatio, h. l. die Unternehmung, Dessein.

omnes cogitationes tuas lætus sequatur eventus. Alle dero hohe Anschläge und Unternehmungen müsse ein gesegneter Ausgang krönen.

novetur, pro renovetur. Unter denen nächsten Kayfern, sonderlich dem *Domitiano*, hatte solcher Ruhm grossen Abbruch gelitten. Ed. Bezolin.

Ss.

EPIST. IX. (Lib. X. ep. 17. al. 86.) Plin.

C. Plinius TRAJANO Imp. S.

MAximum, libertum & procuratorem tuum, Domine, per omne tempus, quo fuimus una, probum & industrium, & diligentem, ac sicut rei tuæ amantissimum, ita disciplinæ tenacissimum expertus: libenter apud te testimonio prosequor ea fide, quam tibi debeo.

Ff. * | Mm. | Ss. *

Domine. v. l. 1. conf. C. Nepos præf. §. 1.
per omne tempus, die ganze Zeit. Omnis elegantius, pro: totus. conf. C. Nepos Them. X. 1.
una, beysammen, beyeinander.
rei tuæ amantissimus est, er ist treulich auf dero hohes Interesse bedacht.
disciplinæ tenacissimus est, er nimmt seine Schuldigkeit so in Acht, daß er sich durch nichts davon abwendig machen läßt. Ed. Berolin.
prosequi aliquem testimonio, einem ein Zeugniß geben.
ea fide, quam tibi debeo, mit allerunterthänigst-ergebenen Treue.

EPIST.

Epist. X. (Lib. x. ep. 30. al. 31. 21.) Plin. C. Plinius TRAJANO Imp. S.

ROgo, Domine, consilio me regas hæsitantem, utrum per publicos civitatum servos, (quod usque adhuc factum) an per milites adservare custodias debeam. Vereor enim, ne per servos publicos parum fideliter custodiantur, & non exiguum militum numerum hæc cura distringat. Interim publicis servis paucos milites addidi. Video tamen, periculum esse, ne id ipsum utrisque negligentiæ causſa sit, dum communem culpam hi in illos, illi in hos regerere posse confidunt.

Ff.

Publicos civitatum *servos.* v. l. 2. *nullas* mihi *epistolas.*

Mm.

Domine. v. l. 1.

consilio aliquem regere, einem einen hohen Rath geben.

hæsitare, in Zweiffel stehen.

publici civitatis servi, die Stadt-Diener, Häscher.

usque adhuc, (v. 11. 3.) bishero. Male *hactenus*, ubi de tempore sermo est. v. Cic. Ep. l. 3.

adservare custodias, die Gefangenen bewachen lassen. *Custodia* metonymice pro: captivo, qui custoditur.

parum fideliter. Elegantius, pro: non satis fideliter. v. 11. 3.

non exiguus. Elegantius, pro: magnus. v. l. 3. *non breve.*

hæc cura distringit me, diese Mühwaltung betrifft mich.

periculum est, ne- es ist zu besorgen, daß- id ipsum. v. l. 2. *hoc ipsum.*

communis culpa, die beyderseitige Schuld.

regerere culpam in aliquem, die Schuld auf einen schieben, wälzen.

Ss.

*

Epist.

Epist. XI. (Lib. x. ep. 31. al. 21.) Plin.

TRAJANUS Plinio S.

Nihil opus est, mi Secunde carissime, ad continendas custodias plures commilitones converti. Perseveremus in ea consuetudine, quæ isti provinciæ est, ut per publicos servos custodiantur. Etenim ut fideliter hoc faciant, in tua severitate ac diligentia positum est. In primis enim hic, ut scribis, verendum est, ne, si permisceantur servis publicis milites, mutua inter se fiducia negligentiores sint. Sed & illud hæreat nobis, quam paucissimos milites a signis avocandos esse.

Ff.

Mutua inter se *fiducia*. v. l. 2. *nullas* mihi *epistolas*.

custodiæ h. l.

Mm.

Nihil opus est. Elegantius, pro: non opus est. v. Cic. Epist. I. 14. *nihil* est, quod-

commilito, h. l. pro milite. ein Spieß-Geselle.

isti provinciæ est hæc consuetudo, diese Pflicht (Function) hat diese Gewohnheit.

in tua severitate ac diligentia positum est, es beruhet auf deiner Strenge (Ordre) und Fleiß. v. Cic. Epist. I. 31.

milites permiscere servis publicis, die Soldaten unter die Stadt-Diener verstecken.

mutua inter se fiducia, indem sich einer auf den andern verläßt.

illud hæret mihi, diß werde ich vor allen Dingen nicht aus der Acht lassen, (diß klebet bey mir feste.)

quam pauciſſimos. v. l. 1. *quam* felicissimos.

a signis avocare, von der Schildwache abhalten, nehmen.

Ss.

Epist. XII. (Lib. x. ep. 1.) Plin.

C. Plinius TRAJANO Imp. S.

TUa quidem pietas, Imperator sanctissime, optaverat, ut quam tardissime succederes Patri: Sed Dii immortales festinaverunt virtutes tuas ad gubernacula Reip. quam susceperas, admovere. Precor ergo, ut tibi & per te generi humano prospera omnia, id est, digna seculo tuo contingant. Fortem te & hilarem, Imperator optime, & privatim & publice opto.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Tua quidem *pietas*- v. 1, 2. *nullas* mihi *epistolas*.	Tua *quidem*. Elegans & nervosa asseverandi partic. *quidem*. warlich ja. v. I. 21. II. 10, II. 12. conf. Cic. Ep. I, 5.	*
	pietas, die zärtliche Neigung (Ehrfurcht) gegen den Vater, Freunde. v. Cicer. Ep. I, 13.	
fortis. v. I, 1.	Imperator *sanctissime*, diß ist der dritte Titul, so *Plinius* dem *Trajano* giebt; den er nennet ihn entweder schlechterdings *Domine*, v. I. 1. oder er spricht: *optime Imperator*. v. I. 8. Hier heisset es: *Imperator sanctissime*, welches eben so viel ist, als: *Imperator integerrime*. Sonsten wurde auch der Kayser *sacratissimus*, sonderlich in den folgenden *seculis*, genennet. Ed. Berolin.	
	quam tardissime v. I. 1. *quam* felicissimus.	
	Patri. Er verstehet des *Trajani patrem adoptivum*, den *Coccejum Nervam*, welcher fast zu solcher *adoption* durch den Tumult der Soldaten gezwungen wurde. Ed. Berol.	
	gubernacula Reipubl. das Ruder des Reichs.	
	id est v. 1, 5.	
	fortis & hilaris, frisch und freudig.	
	Imperator *optime*. v. I. 8.	

Epist.

EPIST. XIII. (Lib. VI. ep. 7.) Plin.

C. Plinius Calpurniæ suæ S.

SCribis, te absentia mea non mediocriter affici, unumque habere solatium, quod pro me libellos meos teneas, sæpe etiam in vestigio meo colloces. Gratum est, quod nos requiris, quod his fomentis acquiescis. Invicem ego epistolas tuas lectito, atque identidem in manus quasi novas sumo; sed eo magis ad desiderium tui accendor. Nam cujus litteræ tantum habent suavitatis, hujus sermonibus quantum dulcedinis inest? tu tamen frequentissime scribe, licet hoc ita me delectet, ut torqueat. Vale.

If.

Nos, pro me. Familiaris Plin. locutio in plurali de se dicere. v. I. 18. I. 37. II. 11. &c. conf. Cic. Ep. I. 3.

quantum-inest? Familiaris Plin. interrog. epist. v. I. 2. *Ludore me putas?*

Mm.

Calpurnia, uxor Plinii. v. I. 36.

non mediocriter. Elegant. pro: valde. Ita nostrates, nicht wenig. v. I. 28. conf. I. 3. *nec breve*. conf. Cic. Ep. II 25.

affici, betrübet, bekümmert seyn. Elegans dictio, quæ in utramque partem accipi solet.

unum. Elegant. pro: solum. v. Cic. Ep. II 18

in vestigio meo, an meine Stelle, wo ich zu sitzen oder zu liegen pflege

requirere aliquem, einen missen.

fomentum, ein Trost, Linderung. Metaph.

acquiescere aliqua re, sich womit begnügen.

invicem, hinwieder um. Pro: *vice versa*, s. *reciproce* ut ajunt v. I. 17.

identidem, zum öfftern, etliche mal geschwinde hinter einander.

eo magis v. I. 7 *Quo magis*.

accendor ad desiderium tui, ich brenne vor Sehnsucht nach dir.

tantum *suavitatis*. Elegantius, pro: tantam suavitatem. v. I. 4. multum *gratiæ*.

ejus sermonibus quantum dulcedinis inest? wie viel Lieblichkeit findet man im Gespräche mit ihm?

torquet hoc me, diß quälet mich.

hoc ita me delectat, ut torqueat. Elegans Oxymoron. v. I. 6.

Sr.

*

EPIST.

Epist. XIV. (Lib. VII. ep. 23.) Plin.

C. Plinius Fabato Profocero suo S.

GAudeo quidem, esse te tam fortem, ut Mediolani occurrere Tironi possis: Sed ut perseveres esse tam fortis, rogo, ne tibi contra rationem ætatis tantum laboris injungas. Quin imo denuntio, ut illum & domi, & intra domum, atque etiam intra cubiculi limen exspectes. Etenim cum a me ut frater diligatur, non debet ab eo, quem ego parentis loco observo, exigere officium, quod parenti suo remisisset. Vale.

Ff.

Fortis. v. I. 1.

Mm.

Profocero. Der Frauen Groß-Vater; denn dieses *Fabati* Sohn war des *Plinii* Schwieger-Vater, seiner *Calpurniæ* leiblicher Vater, und ein Bruder der *Hispullæ* Ed. Berolin.

Tironi. Des *Ciceronis Tiro* ist bekannt aus dessen Episteln; dieser heißt *Calestrius Tiro*, ein vornehmer Mann und vertrauter Freund unsers *Plinii* Ed. Berolin.

contra rationem ætatis, wider den Zustand deines Alters (mehr als dein Alter leidet.)

tantum *laboris.* v. I. 4. multum *gratiæ.*

Quin imo. Elegans connectendi formula.

intra domum, in deinen 4. Pfählen.

atque etiam, ja auch. v. I. 30. Cic. Ep.

intra cubiculi limen exspectare, in der Stube warten, und nicht über die Schwelle gehen.

parentis loco observo eum, ich ehre ihn, als meinen Vater.

remittere alicui aliquid, einem etwas zu gute halten, einen worinnen dispensiren. v. II. 5.

Ss.

injungere sibi multum laboris, sich grosse Beschwerde machen, (aufladen.) Singularis Plinii phrasis: *injungere alicui* aliquid. v. I. 24. I. 38.

Epist.

Epist. XV. (Lib. IIX. ep. 13.) Plin.

C. Plinius Geniali suo S.

PRobo, quod libellos meos cum patre legisti. Pertinet ad profectum tuum, a disertissimo viro discere, quid laudandum, quid reprehendendum: Simul ita institui, ut verum dicere assuescas. Vides, quem sequi, cujus debeas implere vestigia. O te beatum! Cui contigit vivum atque idem optimum & conjunctissimum exemplar; qui denique eum potissimum imitandum habes, cui natura esse te simillimum voluit. Vale.

Ff.

quid-quid- Familiaris Plinio Anaphora epistolaris. v. I. 22. I. 31. I. 32. I. 35. I. 36. I. 37. I. 38. II. 1. II. 4. II. 5. II. 6. II. 7. II. 9. II. 12. &c. conf. Cic. Ep. I. 24.

O te beatum! Familiaris Plin. Exclamatio epistolaris. v. II. 3. II. 7. II. 9. II. 16. I. 29. &c.

Mm.

Probo, es ist mir lieb, ich probire.

hoc pertinet ad profectum tuum, diß dienet zu deinem Wachsthum, Avancement.

implere vestigia alicujus, in jemandes Stapffen treten.

contigit illi, er hat das Glück, ihm wird es so gut. v. I. 31. conf. Cicer. Epist. I. 20.

optimum exemplar, das feinste Muster.

conjunctissimus, genau verbunden.

potissimum, vor andern. v. I. 20.

Ss.

profectum. singulare quid est, quod h. l. notio *profectus* in singulari num. adhibetur, quæ alias in plurali tantum usitata est.

esse te *voluit*- pro: *ut* esses. Singularis Plinii, & ceterorum, elegantia, verba *volendi*, *cupiendi* cum accusat. & infinit. construere, prout h. l. *volo* v. I. 37. I. 38. Ita: *patior* I. 20. *sino* I. 24. *cogo* II. 9. *cupio* II. 13. *jubeo* II. 17. *veto* II. 17 &c. cf. Cic. Ep I. 12. *fieri placeret.*

Decasio huius ep. corrobora. vid. p. 59

EPIST. XVI. (Lib. IX. ep. 24.) Plin.
C. Plinius Sabiniano suo S.

BEne feciſti, quod libertum aliquando tibi carum, reducentibus epiſtolis meis, in domum, in animum recepiſti. Juvabit hoc te: me certe juvat: primum, quod te talem video, ut in ira regi poſſis: deinde, quod tantum mihi tribuis, ut vel auctoritati meæ pareas, vel precibus indulgeas. Igitur & laudo, & gratias ago. Simul in poſterum moneo, ut te erroribus tuorum, etſi non fuerit, qui deprecetur, placabilem præſtes. Vale.

Ff.

recipere aliquem

certe verum ſtruct. *Mm.*

aliquando carus, lieb geweſen.

in animum recipere aliquem, einem die vorige Gunſt wieder ſchencken.

me juvat hoc, diß ergötzet mich.

primum, fürs erſte, *deinde*, fürs andere. Elegans illa & pura numerandi ratio Latina. v. I. 21. I. 24. I. 28 II. 4 II. 10. II. 14. conf Cic. Epiſt. II. 21.

talem, ſo weiſe. Notio talis emphatica, de qua v. I. 6.

tantum mihi tribuis, du haſt ſo viel Güte für mich.

vel, vel. Elegantes particulæ, pro: tam, quam. v. II. 17. conf. Cic. Ep. I. 25.

precibus alicujus indulgere, jemandes Bitte Statt finden laſſen.

in poſterum, hinfort.

error, ein Fehl, Faute.

non *fuerit, qui* v. I. 2. nihil *eſt, quod*

deprecari, eine Fürbitte thun. Male ajunt: abbitten v. Cic Ep II. 19.

placabilem ſe præſtare erroribus alicujus, wider jemandes Verbrechen ſich nicht hart und unglimpflich finden laſſen.

Ss.

in domum. Singularis locutio, pro: *domum*, ſimpliciter. conf. C. Nepos Ageſ. VII. 3.

EPIST.

EPIST. XVII. (Lib. VI. ep. 14.) Plin.

C. Plinius Maurico suo S.

SOlicitas me in Formianum: veniam ea conditione, ne quid contra commodum tuum facias: qua pactione invicem mihi caveo. Neque enim mare & littus, sed te, otium, libertatem sequor: alioqui satius est in urbe remanere. Oportet enim omnia, aut ad alienum arbitrium, aut ad suum facere: mei certe stomachi hæc natura est, ut nihil nisi totum & merum velit.

Ff.

Neque enim- v. l. 4.

Mm.

solicitare aliquem, einem entbieten. conf. l. 31.

Formianum, ein Vorwerck oder Land-Gut des *Maurici* bey der Stadt *Formiæ* gelegen. Ed. Berolin.

ne quid contra commodum tuum facias, mache dir keine Ungelegenheit.

hac *pactione*. Idem, quod: ea conditione, mit dem Bedinge.

invicem. v. l. 13.

invicem mihi caveo hac pactione, ich suche mich auch mit dieser Bedingung zu bewahren, nemlich, daß ich mir wiederum keine Ungelegenheit machen dürffe. Ed. Berolin.

sequi, nachgehen.

ad alienum arbitrium, nach eines andern Kopffe, (Gefallen.)

mei stomachi est, ut nihil nisi totum & merum velit, ich bin so geartet, daß ich mich mit einer Sache gern ganz und allein beschäfftige, welches er *totum & merum* nennet. Edit. Berolin.

Stomachus, elegantius pro nativo quodam affectu, sive cupiditate, sive honore, usurpatur.

Ss.

* Stomachus. Saepe. Efficientia pro effectis.

EPIST. XXVIII. (Lib. IX. ep. 20.) Plin.

Ipse augur quem se Plinius Venatori suo S.

TUa vero epistola tanto mihi jucundior fuit, quanto longior erat, prælertim cum de libellis meis tota loqueretur: Quos tibi voluptati esse non miror, cum omnia nostra, perinde ac nos, ames. Ipse cum maxime vindemias, graciles quidem, uberiores tamen quam exspectaveram, colligo; si colligere est, nonnunquam decerpere uvam, torculum invisere, gustare de lacu mustum, obrepere urbanis, qui nunc rusticis prælunt, mequè notariis & lectoribus reliquerunt. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
nos, pro me. v. I. 13.	Tua *vero*. v. I. 4. Ego *vero*.	
	perinde, ac- so wie, eben so, wie. v. I. 26. I. 27. I. 33. conf. Cic. Ep. II. 18. *proinde, ut*-	
	cum maxime, i. e. quam maxime, sonderlich, vornemlich.	
	colligere vindemias. Weinlese halten.	
	si colligere *est*. Elegans judicandi formula: *si est*- v. I. 19.	
	nonnunquam, dann und wann, hie und da.	
	torculum, die Kelter. Alias: torcular.	
	obrepere alicui, einen beschleichen, belauschen, überfallen.	
	urbani, sind seine Bedienten, sowol Freygelassene, als Knechte, die er aus der Stadt mitgebracht. Edit. Berolin.	
	notarii und *lectores* waren eben auch solche *servi*, die theils ihren Herren gelehrte Schrifften vorlesen, theils aber aufzeichnen musten, was ihnen gefiel. Ed. Berolin.	

Epist. XIX. (Lib. III. ep. 17.) Plin.

C. Plinius Serviano suo S

REctene omnia? quod jampridem epistolæ tuæ cessant. An omnia recte, sed occupatus es tu? An tu non occupatus, sed occasio scribendi vel rara, vel nulla? Exime hunc mihi scrupulum, cui par esse non possum. Exime autem vel data opera tabellario misso: ego viaticum, ego etiam præmium dabo; nunciet modo, quod opto. Ipse valeo, si valere est, suspensum & anxium vivere, exspectantem in horas, timentemque pro capite amicissimo, quidquid accidere homini potest. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Rectene omnia? interrogatio ep. Plinii. v. l. 2. *sed-es tu? An-?* iterum eadem interrog. v. l. c. Rectene omnia - An omnia recte- scil. *sint.* Ellipsis Epistolaris Plinii. v. l. 6.	Rectene omnia? Steht es auch in allen Stücken mit dir wohl? jam pridem, schon längst. *vel. vel*, h. l. entweder, oder. eximere alicui scrupulum, einem einen Zweifel benehmen, (einen Knoten auflösen) par non sum huic scrupulo, ich kan diese Schwierigkeit nicht heben. *vel* data Elegans h. l. partic. *vel* notanda est, pro: *etiam*, v. l. 33. conf. Cic. Ep. l. II. *vel* in concione. tabellarius data opera missus, ein Expresser, eigner Bote. data opera, mit Fleiß, Vorsatz, a Dessein. *nuntiet* modo. Elegans Ellipsis partic. *si*. v. II. 3. II. 5. II. 11. *ipse*. v. l. 5. *si* valere *est*. v. I. 18. *si* colligere *est*. in horas, stündlich, alle Stund und Augenblicke. *caput* amicissimum. Elegantius, pro homine amicissimo.	*

Epist. XX. (Lib. VII. ep. 2.) Plin.

C. Plinius Justo suo S.

Quemadmodum congruit, ut simul & affirmes, te assiduis occupationibus impediri, & scripta nostra desideres, quæ vix ab otiosis impetrare aliquid perituri temporis possunt? Patiar ergo æstatem inquietam vobis exercitamque transcurrere, & hieme demum, cum credibile erit, noctibus saltem vacare te posse, quæram, quid potissimum ex nugis meis tibi exhibeam. Interim abunde est, si epistolæ non sunt molestæ. Sunt autem, & ideo breviores erunt. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Quemadmodum congruit? Interrogatio epistolaris Plinii. v. I. 2.	assiduis occupationibus impediri, mit Geschäfften überhäufft seyn. *assiduæ* occupationes, pro: *concatenatæ*, quas minus latine ajunt.	*Quemadmodum*, interrogative, pro: *quomodo*. Singulare quid. v. I. 21.
Sunt autem, sc. molestæ Ellipsis Plinii epistolaris. v. I. 6.	aliquid *temporis*. v. I. 4. multum *gratiæ*.	*patiar* transcurrere- pro: *ut* transcurrat. v. plura I. 15. esse te *voluit*.
	aliquid *perituri* temporis, einige flüchtige Augenblicke.	
	æstas hæc inquieta nobis & exercita transcurret. diesen Sommer werden wir in Unruhe und häuffigen Geschäfften zubringen.	
	demum, allererst.	
	saltem, zum wenigsten.	
	noctibus vacare, sich der Nächte zur Arbeit bedienen. (lucubriren.)	
	potissimum. v I. 15.	
	nugis, er nennet seine Schrifften aus Höflichkeit *nugas*, Possen. Edit. Berolin.	

Epist.

EPIST. XXI. (Lib. IV. ep. 81.) Plin.

Plinius Antonino suo S.

QUemadmodum magis approbare tibi possum, quam opere mirer epigrammata tua græca, quam quod quædam æmulari latine & exprimere tentavi? In deterius quidem accidit hoc: primum imbecillitate ingenii mei, deinde inopia, vel potius, ut Lucretius ait, egestate patrii sermonis. Quodsi hæc, quæ sunt latina & mea, habere tibi aliquid venustatis videbuntur, quantum putas inesse eis gratiæ, quæ & a te, & græce proferuntur? Vale.

Ff.

Quemadmodum possum interrogatio Plinii epistolaris. v. I. 2.

quantum putas? iterum interrogatio. v. l. c.

Mm.

approbare alicui, i. e. confirmare, affirmare, versichern.

mirari, hoch achten, æstimiren.

epigrammata, kurtze sinnreiche *Carmina*, wie wir bey den Alten, bey dem *Catullo*, und sonderlich bey dem *Martiale*, finden. Ed. Berolin.

æmulari. v. l. 7

exprimere, entwerffen, (verteutschen.)

in deterius v. I. 7 *in pejus.*

quidem. v. I. 11. Tua *quidem.*

primum, deinde. v. I. 16.

imbecillitas ingenii. Elegantius, pro: imbecille ingenium, ein blöder, nicht aufgeweckter, Geist.

egestas bedeutet mehr, als inopia.

patrius sermo, die Mutter-Sprache.

Lucretius. v. L. I. v. 831. seqq.

Quodsi, pro simplici *si.* v. Cic. Ep. I. 17.

aliquid *venustatis.* v. l. 4. multum *gratiæ.*

quantum *gratiæ.* v. l. c.

Ss.

Quemadmodum. interrogative, pro: *Quomodo.* v. I. 20.

Epist. XII. (Lib. IV. ep. 23.) Plin.

C. Plinius Pomponio Basso suo S.

Magnam cepi voluptatem, cum ex communibus amicis cognovi, te, ut sapientia tua dignum est, disponere otium & ferre, habitare amœnissime, & nunc terra, nunc mari corpus agitare, multum disputare, multum audire, multum lectitare, cumque plurimum scias, quotidie tamen aliquid addiscere. Ita senescere oportet virum, qui magistratus amplissimos gesserit, exercitus rexerit, totumque se Reip. quamdiu decebat, obtulerit. Nam & prima vitæ tempora & media patriæ, extrema nobis impertire debemus, ut ipsæ leges monent, quæ majorem annis sexaginta otio reddunt. Quando mihi licebit? quando per ætatem honestum erit imitari istud pulcherrimæ quieris exemplum? quando secessus mei non desidiæ nomen, sed tranquillitatis accipient? Vale.

Ff.

Magnam cepi voluptatem. v. I. 2. *nullas mihi epistolas.*

multum-multum-multum- Anaphora Plinii epistolaris v. I. 15.

Quando-quando-quando- iterum v. I. c.

Quando licebit? interrog. Plinii v. I. 2.

Mm.

magnam capere voluptatem. v. I. 3.

communes amici Freunde, die meine und dei, dignus, anständig. (ne sind.

disponere otium & ferre, das ruhige Land-Leben ihm wohl einrichten und zu Nutz machen.

nunc, nunc, bald, bald. (motion, machen.

corpus agitare, sich eine Leibes-Bewegung,

magistratus amplissimos gesit, er hat die ansehnlichsten Ehren-Aemter im Staat begleitet.

totum se offerre reip sich gantz und gar ergeben zu den Diensten des Staats.

& prima vitæ tempora & media patriæ, extrema nobis impertire debemus, die ersten und mittlern Jahre unsers Lebens sollen wir dem Vaterlande, die letzten uns selbst wiedmen.

major annis sexaginta, über 60. Jahr alt. conf. C. Nepos Hannib. II. 3.

otio. v. C. Nepos Attic. VII. 1. (affairen.

otio reddere aliquem, einen dispensiren von

per ætatem- v. Cic. Ep. I. 8. *per* valetudinem.

secessus, in plurali, die Abdanckung, retraite.

non, sed. Elegantes judicandi particulæ. v. I. 4.

nomen, pro titulo. v. C. Nepos Milt. II. 3.

Ss.

*

EPIST.

EPIST. XXIII. (Lib. IX. ep. 14.) Plin.

C. Plinius Tacito suo S.

NEc ipse tibi plaudis, & ego nihil magis ex fide, quam de te scribo. Posteris an aliqua cura nostri, nescio: nos certe meremur, ut sit aliqua, non dico, ingenio, (id enim superbum) sed studio, sed labore & reverentia posterorum. Pergamus modo itinere instituto; Quod ut paucos in lucem famamque provexit, ita multos e tenebris & silentio protulit. Vale.

Ff.

an aliqua cura nostri scil. *sit*, s. futura sit. Ellipsis Epistolaris Plin. v. I. 6.

Quod ut pro: ut hos. Frequens & elegans Plinii connect. pronom. Relativum. v. I. 24. I. 35. I. 37. I. 38. II. 3. II. 4. II. 7. II. 9. II. 14. II. 16. II. 17. conf. Cic. Ep. I. 8. *Qui si.*

Mm.

plaudere sibi, sich Glück wünschen.

ex fide, nach der Wahrheit, ohne Schmeicheley.

posteris an aliqua cura nostri, nescio, ich weiß nicht, ob die Nachwelt einige Achtung für uns haben wird.

non, sed. v. I. 4.

reverentia posterorum, mit dem *Respect* und der Liebe gegen die Nachkommen, denen wir mit unsern weitgen Schrifften suchen nützlich zu seyn. Ed. Berolin.

pergere itinere instituto, auf die Weise fortfahren, wie man angefangen. *itinere*, Metaph. pro: modo, ratione.

paucos - er macht einen Unterscheid unter hochberühmten Leuten, und denen, so sich nur ein wenig hervor thun, und nicht gar im Staube liegen bleiben. Edit. Berol.

Ss.

Nec, & pro: Nec, nec Singularis, at elegans locutio. v. II. 15. cf. Cic. Ep. II. 19. *neque, &c.*

Epist. XXIV. (Lib. iv. ep. 28.) Plin.

C. Plinius Severo suo S.

HErennius Severus, vir doctissimus, magni æstimat in bibliotheca sua ponere imagines municipum tuorum, Cornelii Nepotis & Titii Cassii; petitque, si sunt istic, ut esse credibile est, exscribendas pingendasque delegem. Quam curam tibi potissimum injungo: primum, quia desideriis meis amicissime obsequeris, deinde, quia tibi studiorum summa reverentia, summus amor studiosorum, postremo, quod patriam tuam, omnesque, qui nomen ejus auxerunt, ut patriam ipsam, veneraris & diligis. Peto autem, ut pictorem quam diligentissimum assumas. Nam cum est arduum, similitudinem effingere ex vero, tum longe difficillima est imitationis imitatio. A qua rogo, ut artificem, quem elegeris, ne in melius quidem sinas aberrare. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Quam curam pro: Hanc curam v. l. 23. *Quod* ut-	municipum *tuorum*," welche mit dir aus ei- "nem *Municipio* sind, nemlich aus *Hosti-* "*lia*, oder *Parma* oder wie andere wollen, "*Verona*. Ed. Berolin.	*Injungere* alicui curam. Singularis dictio, de qua I. 14.
A *qua* rogo pro: Rogo, ab hac - iterum v. l. c.	exscribere, abstechen, in Kupffer stechen.	*Sinas* aberrare- pro: *ut* aberret. v. plura I. 15. esse te *voluit*.
	primum, deinde, postremo. v. l. 16.	
	obsequi desideriis alicujus, einem in seinem Begehren willfahren, gratificiren.	
	studiosus, ein Liebhaber. v. C. Nepos Cat. III. 5.	
	augere, berühmt machen, illustriren.	
	quam diligentissimum. v. I. 1. *quam* felicissimos	
	arduum est, es ist was wichtiges.	
	similitudinem effingere ex vero, von dem Original eine richtige Copey abschildern. conf. I. 7.	
	imitationis imitatio, die Abcopey von der Copey.	
	in melius aberrare, es schöner (besser) machen, (scil. als das Original war.) conf. I. 7. *in pejus*.	

Epist.

Epist. XXV. (Lib. VII. ep. 28.) Plin.

C. Plinius Septicio suo S.

Als, quosdam apud te reprehendisse, tanquam amicos meos ex omni occasione ultra modum laudem. Agnosco crimen, amplector etiam. Quid enim honestius culpa benignitatis? Qui sunt tamen isti, qui amicos meos melius norint? Sed ut norint, quid invident mihi felicissimum errorem? Ut enim non sint tales, quales a me prædicantur, ego tamen beatus, quod mihi videntur. Igitur ad alios hanc sinistram diligentiam conferant, (nec sunt parum multi) qui carpere amicos suos judicium vocant: mihi nunquam persuadebunt, ut meos amari a me nimium putem. Vale.

Ef.	*Mm.*	*Ss.*
Qui sunt-quid invident-? interrogatio epistolaris Plinii. v. I. 2.	*tanquam*, als, ob. v. II 10. *ex* omni occasione, bey aller Gelegenheit. ultra modum, allzusehr, excessiv. amplecti crimen, ~~einen Fehler vertheidigen.~~ *Quid honestius* culpa - Elegantius, pro: culpa honestissima - v. plura I. 5. *Nihil* est *pigrius-* *ut* obschon gesetzt, daß- *felicissimum* errorem, einen solchen Irrthum, welcher mir recht erwünscht und vergnügt vorkommt. Ed. Berolin. sinistra diligentia, ein verkehrter, passionirter Fleiß. *non parum* multi, i. e. plurimi. v. I. 3. *nec* ad *breve*. carpere aliquem, einen tadeln.	

EPIST.

Epist. XXVI. (Lib. VI. ep. 28.) Plin.

C. Plinius Pontio suo S.

SCio, quæ tibi causſa fuerit impedimento, quo minus præcurrere adventum meum in Campaniam poſſes. Sed quanquam abſens, totus huc migraſti, tantum mihi copiarum tam urbanarum, quam ruſticarum, nomine tuo oblatum eſt. Quas omnes improbe quidem, accepi tamen, nam me tui, ut ita facerem, rogabant; & verebar, ne & mihi & illis iraſcereris, ſi non feciſſem. In poſterum, niſi adhibueris modum, ego adhibebo. Etiam tuis denunciavi, ſi rurſus tam multa attuliſſent, omnia relaturos. Dices oportere me tuis rebus, ut meis, uti: Etiam, ſed perinde illis, ac meis, parco. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
*	impedimento, *quo minus*. Eleganter poſt verba *impediendi, recuſandi* &c. partic. *quo minus* pro *ne* adhibetur.	*
	præcurrere adventum alicujus, einem zuvor kommen, eher ankommen, als der andere.	
	totus hic migraſti, du biſt gantz und gar überkommen.	
	copiæ, allerhand Früchte und Lebens-Mittel.	
	nomine tuo, in deinem Namen. v. I. 8.	
	improbe quidem, ob es zwar ziemlich grob und unverſchämt ſtehet. Denn in dieſem Verſtande wird nicht allein diß *adverbium*, ſondern auch das *adjectivum* ſelbſt gebrauchet. Ed. Berolin.	
	referre, zurück tragen, wieder nehmen.	
	Etiam, ja.	
	perinde ac. v. I. 13.	

Epist.

EPIST. XXVII. (Lib. VI. ep. 30.) Plin.

C. Plinius Fabato suo S.

DEbemus mehercule natales tuos perinde ac nostros celebrare, cum lætitia nostrorum ex tuis pendeat, cujus diligentia & cura hic hilares, istic securi sumus. Villa Camilliana, quam in Campania possides, est quidem vetustate vexata, ea tamen, quæ sunt pretiosiora, aut integra manent, aut levissime læsa sunt. Attendimus ergo, ut quam saluberrime reficiantur. Ego videor habere multos amicos, sed hujus generis, cujus & tu quæris, & res exigit, prope neminem. Sunt enim omnes togati & urbani: Rusticorum autem prædiorum administratio poscit durum aliquem & agrestem, cui nec labor ille gravis, nec cura sordida, nec tristis solitudo videatur. Tu de Rufo honestissime cogitas: fuit enim filio tuo familiaris. Quid tamen nobis ibi præstare possit, ignoro; velle plurimum, credo. Vale.

Ff. | *Mm.* | *Ss.*

* *natales*, in plurali, der Geburts-Tag, v. I. 1. | *
perinde, ac- v. I. 18.
pendet hoc *ex* illo, diß beruhet auf ihm, dependiret von ihm.
villa vetustate vexata, ein alter baufälliger Hof, Vorwerck.
integer, unversehrt, unbeschädigt.
quam saluberrime v. I. 1. *quam* felicissimos.
reficere, wieder in Stand setzen, repariren.
hujus generis, *cujus*-Elegant. proitales, quales.
neminem. Eleganter claudit periodum notio nemo v. Cic. Ep. II. 19.
togati & urbani Leute die zu Rom in Bedienungen gestanden, und prächtig zu leben gewohnt sind. „ Ed Berolin.
sordidus verächtlich. v II. 1.
tristis solitudo. die bange Einsamkeit.
vult plurimum, sed non præstat, der Wille ist gut, aber die That schlecht.

EPIST.

Epist. XXVIII. (Lib. IV. ep. 26.) Plin.

C. Plinius Nepoti suo S.

PEtis, ut libellos meos, quos studiosissime comparasti, recognoscendos emendandosque curem. Faciam. Quid enim suscipere libentius debeo, te præsertim exigente? Nam cum vir gravissimus, doctissimus, disertissimus, super hæc occupatissimus, maximæ provinciæ præfuturus, tanti putes scripta nostra circumferre tecum: Quantopere mihi providendum est, ne hæc pars sarcinarum tanquam supervacua offendat? Annitar ergo primum, ut comites istos quam commodissimos habeas, deinde, ut reversus invenias, quos istis addere velis. Neque enim mediocriter me ad nova opera tu Lector hortaris. Vale.

Ff.

Quantopere? interrogatio Plinii epistolaris. v plura l. 2.

Neque enim pro: Et enim non- v. l. 4.

te exigente

tanti putare, tr. ...

Mm.

recognoscere, übersehen, durchsehen.

faciam. Periodus unius vocis. v. l. 4. *judicavi tamen.*

Quid libentius pro: Hoc libentissime. v. l. 5. *Nihil* est *pigrius.*

super hæc, i. e. præterea.

pars sarcinarum, ein Theil des Reise-Zeuges, der equippage.

supervacuus, unnöthig, überley.

offendere, beschweren, incommodiren.

primum, deinde. v. l. 16.

comites- So nennet er seine Bücher, die *Nepos* von ihm mitnehmen würde. Ed. Berol.

quam commodissimos. v. l. 1. *quam* felicissimos.

non mediocriter. Elegantius, pro: magnopere. v. l. 13.

Ss.

*

Epist.

EPIST. XXIX. (Lib. IIX. ep. 5.) Plin.

C. Plinius Geminio suo S.

GRave vulnus Macrinus noster accepit; Amisit uxorem singularis exempli, etiamsi olim fuisset. Vixit cum hac triginta novem annis sine jurgio, sine offensa. Quam illa reverentiam marito suo præstitit, cum ipsa summam mereretur! Quot quantasque virtutes ex diversis ætatibus sumtas collegit & miscuit! Habet quidem Macrinus grande solatium, quod tamen bonum tam

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Quam illa-! Exclamatio Plinii epistolaris. v. I. 15.	*vulnus*, pro dolore, Betrübniß. Metonym. conf. Cic. Ep. II. 26. homo singularis exempli, ein Mensch, der wenig seines gleichen hat. olim, vorzeiten. conf. I. 2. in *Ss.* offensa, der Unwillen. virtus ex diversis ætatibus sumtas colligit & miscet, er hat an sich Qualitæten von verschiedenem Alter, denn iedes Alter hat eigene, und, so zu reden, Leib-Tugenden an sich.) Ed. Berolin. v. II. 16.	*

div

diu tenuit: Sed hoc magis exacerbatur, quod amisit. Nam fruendis voluptatibus crescit carendi dolor. Ero ergo suspensus pro homine amicissimo, dum admittere avocamenta & cicatricem pati possit, quam nihil æque ac necessitas ipsa, & dies longa, & satietas doloris inducit. Vale.

Ff.	Mm.	Ss.
Quod amisit - scil. illud. Ellipsis epistolaris. v. I. 6.	*hoc* magis, pro; eo magis. v. Cic. Ep. II. 6. *hoc* libentius.	*
	fruendis voluptatibus crescit carendi dolor, ie länger man eine Vergnügung und Lust genossen, ie grösser ist der Schmertz, wenn man hernach derselben entbehren muß. Ed. Berolin.	
	suspensus, bekümmert.	
	avocamenta, Ableitungen vom Trauren.	
	cicatrix, die Zubeilung der Wunde, Stillung des Schmertzens.	
	æque, ac, so leicht, als.	
	dies longa, die Länge der Zeit. v. Cic. Ep. I. 37.	
	satietas doloris, der Uberdruß des Schmertzens. conf. C. Nepos Pelop. I. 1.	
	cicatrix inducitur, die Wunde heilet zu, es setzt sich eine Narbe.	

EPIST.

Epist. XXX. (Lib. VI. ep. 32.) Plin.

C. Plinius Quintiliano suo S.

QUamvis & ipse sis continentissimus, & filiam tuam ita institueris, ut decebat filiam tuam, Tutilii neptem; cum tamen sit nupturа honestissimo viro, Nonio Celeri, cui ratio civilium officiorum necessitatem quandam nitoris imponit, debet secundum conditiones mariti, veste, comitatu (quibus non quidem augetur dignitas, ornatur

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
	Ipse. v. I. 5.	*
	continens h. l. der vom Geitz entfernet ist, Ed. Berolin. conf. C. Nepos IV. 1. Epam. *abstinentia*	
	nubere viro, einen Mann nehmen.	
	honestissimus, war bey den Römern ein Titel derer Equitum und Standes-Personen.	
	ratio civilium officiorum necessitatem quandam nitoris imponit ei, er muß einen Staat führen wegen seiner vornehmen Bedienungen. Edit. Berolin.	
	comitatus, Bedienung, Bediente.	
	non, tamen v. I. 4. *non, sed-*	

tamen) instrui. Te porro animo beatissimum, modicum facultatibus scio. Itaque partem oneris tui mihi vindico, & tanquam parens alter puellæ nostræ confero quinquaginta millia nummûm: plus collaturus, nisi a verecundia tua sola mediocritate munusculi impetrari posse confiderem, ne recusares. Vale.

Ff.	Mm.	Ss.
contero	Animo beatissimi, modici facultatibus solent esse viri docti, die Gelehrten pflegen reich an Witz und Tugend, aber arm am Gelde zu seyn.	*nummûm*, pro: nummorum. Archaismus. v. Cic. Ep. II. 25. *oppidûm*.
	parrem oneris tui mihi vindico, ich nehme auf mich ein Theil deiner Bürde. Elegantius, pro *participare*, quod ajunt minus Latine conf. Cic. Ep. II. 12.	
	nummûm, ein solcher *nummus*, oder *sestertius* soll nach unsrer Müntze, wie einige meynen, ohngefähr 1. Mariengr oder 8. Pf seyn, daß also diese 50000. *nummi* über 1400. Rthaler ausmachen, welche der danckbare *Plinius* seines alten *Præceptoris* Tochter von freyen Stücken verehret. Ed. Berolin.	
	mediocritas, die Geringfügigkeit.	

EPIST.

Epist. XXXI. (Lib. vii. ep. 5.) Plin.

C. Plinius Maximo suo S.

NUper me cujusdam amici languor admonuit, optimos esse nos, dum infirmi sumus. Quem enim infirmum aut avaritia aut libido solicitat? Non amoribus servit, non appetit honores, opes negligit, & quantulumcunque, ut relicturus, satis habet. Tunc Deos, tunc hominem esse se meminit: invidet nemini, neminem miratur, neminem despicit; ac ne sermonibus quidem

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Quem- solicitat? Interrogatio epistolaris Plinii. v. I. 2.	languor, die Unpäßlichkeit, Maladie.	
	optimi sumus, dum infirmi sumus, wenn wir kranck und schwach sind, sind wir die Frömmsten.	
	solicitare, plagen. v. I 17.	
Tunc- tunc- Anaphora epistolaris Plinii. v. I. 15.	amoribus servire, den Fleisches-Lüsten ergeben seyn.	
	appetere honores, nach hohen Dingen streben.	
	quantulumcunque, es sey so wenig als es wolle.	
	ut relicturus, weil er sieht, daß er im Tode nichts werde mitnehmen können.	
	satis habere aliquid, womit zu frieden seyn.	
	mirari aliquem, ein groß Wesen von einem machen. Oppositum: despicere.	
	sermones maligni, lose Reden. v. I. 4.	

malignis aut attendit, aut alitur: balnea imaginatur & fontes. Hæc summa curarum, summa votorum, mollemque in posterum & pinguem, si contingat evadere, hoc est, innoxiam beatamque destinat vitam. Possum ergo, quod pluribus verbis, pluribus etiam voluminibus philosophi docere conantur, ipse breviter tibi mihique præcipere, ut tales esse sani perseveremus, quales nos futuros profitemur infirmi. Vale.

Ff. | *Mm.* | *Ss.*

* | Ali aliqua re, sich an etwas weiden, ergötzen. | *

balnea imaginatur & fontes, er gedenckt, dichtet von lauter warmen Bädern und Gesund-Brunnen

Hæc *summa* curarum, summa votorum, dahin gehet alle sein Sorgen und Wünschen. v. Cic. Ep. II. 24

mollis & *innoxia* vita war, wenn ein vornehmer Römer in der Stille auf seinem Land-Gute lebte, und sich in die Römischen Staats-Händel nicht mehr mengete; vita *pinguis* & *beata*, wenn er seinen Leib *balneis* & *fontibus* pflegte, deren kurtz zuvor gedacht wird, und sich was zu gute that. Ed. Berolin.

si contingat evadere, wenn er so glücklich werden solte. v. I. 15.

hoc est, v. I. 5. *id est*.

destinare vitam, sich eine gewisse Lebens-Art vorsetzen.

tales. v. I. 6. *talis*.

EPIST. XXXII. (Lib. IX. ep. 12.) Plin.

C. Plinius Juniori suo S.

CAstigabat quidam filium suum, quod paullo sumtuosius equos & canes emeret. Huic ego, juvene digresso. Heus tu, nunquamne feciſti, quod a patre corripi posset? Feciſti, dico? Non interdum facis, quod filius tuus, si repente pater ille, tu filius, pari gravitate reprehendat? Non omnes homines aliquo errore ducuntur? Non hic in illo sibi, in hoc alius indulget? Hæc tibi admonitus immodicæ severitatis exemplo, pro amore mutuo, scripsi, ne quando tu quoque filium tuum acerbius duriusque tractares. Cogita & illum puerum esse & te fuisse: atque ita hoc, quod es pater, utere, ut memineris, & te hominem esse, & hominis patrem. Vale.

Ff.	*Mut.*	*Ss.*
Nunquam-ne interrogatio epistolaris Plinii. v. l. 2.	*Castigabat quidem-* Elegantia & prudentia epistolaris, in tertia persona scribere, si de re quadam non jucunda agatur, dum eum ipsum, ad quem scribis, sentias.	*
Non-non non- Anaphora Plinii epistolaris. v. l. 15.	paullo sumtuosius, allzu koſtbar, theuer.	
	Huic ego Eleganter hæc duo pronomina conjunguntur. v. l. 35.	
	omnes homines aliquo errore ducuntur, ein ieder Menſch hat ſeinen Fehler.	
pater ille, tu filius, scil. *esses.* Ellipsis Plinii epistolaris. v. l. 6.	hic in illo sibi, in hoc alius indulget, der hält ſich dieſe Ausſchweiffung, der andere jene zu gute.	
	pro, nach. conf. Cic. Ep. l. 21. in *Ff.*	
	amor mutuus, die Liebe, ſo man gegen einander hat.	
	ne *quando*. Elegantius, pro: ne aliquando. v. l. 34. si *quando*	
	acerbius duriusque tractare aliquem, einen allzuſtreng und harte halten.	

Epist. XXXIII. (Lib. VI. ep. I.) Plin.

C. Plinius Tironi suo S.

QUamdiu ego trans Padum, tu in Piceno, minus te requirebam: postquam ego in urbe, tu adhuc in Piceno, multo magis: seu, quod ipsa loca, in quibus esse una solemus, acrius me tui commonent, seu quod desiderium absentium nihil perinde ac vicinitas acuit, quoque propius accesseris ad spem fruendi, hoc impatientius careas. Quidquid in causa, eripe me huic tormento. Veni, aut ego illuc, unde inconsulte properavi, revertar, vel ob hoc solum, ut experiar, an mihi, cum sine me Romæ cœperis esse, similes his epistolas mittas. Vale.

Ff

Ego-tu-scil. *eras.* Ellipsis epistolaris v. I. 6.

multo magis, sc. *requirebam te* iterum. v. I. c.

Quidquid in causa sc. *est* iterum v. I. c.

Mm.

trans Padum, in seiner Land-Stadt *Comum* im Mayländischen. v. II Ed Berolin.

Picenum, oder *ager Picenus*, ist ohngefehr der Strich Italiens, und des so genannten Kirchen-Staats, wo itzo die *Marchia Anconitana* lieget Ed Berolin.

requirere aliquem, einen vermissen. v. I. 13.

seu quod - *seu* quod - es sey, daß - oder - Elegans Latinismus. v. Cic. Ep. II. 2. *sive - sive*

perinde, ac. v. I. 18.

desiderium absentium nihil perinde ac vicinitas acuit, die Sehnsucht nach den Abwesenden macht nichts so empfindlich, als die Nähe (Nachbarschafft.)

quo- *hoc*, pro: *eo-* v. I. 29.

impatienter, ungern, unwillig.

Quidquid in causa, dem sey, wie ihm wolle.

tormentum h. l. die folternde Sehnsucht.

inconsulte ohne Bedacht, aus Unbedacht.

vel ob- v. I. 19. *vel* data-

Ss.

accesseris-careas- Singularis elegantia, in secunda persona efferre, quod alias in prima plurali: *accesserimus-careamus*- ubi nostrates utuntur partic. *man.* v. C. Nepos Cat. III. 2.

Epist.

Epist. XXXIV. (Lib. IIX. ep. 19.) Plin. C. Plinius Maximo suo S.

ET gaudium mihi & solatium in litteris; nihilque tam lætum, quod his lætius, nihil tam triste, quod non per has sit minus triste. Itaque & infirmitate uxoris, & meorum periculo, quorundam vero etiam morte turbatus, ad unicum doloris levamentum studia confugio, quæ præstant, ut adversa magis intelligam, sed patientius feram. Est autem mihi moris, quod sum daturus in manus hominum, ante amicorum judicio examinare, inprimis tuo. Proinde, si quando, nunc intende libro, quem cum hac epistola accipies, quia vereor, ne ipse ut tristis, parum intenderim. Imperare enim dolori, ut scriberem, potui; ut vacuo animo lætoque, non potui. Porro ut ex studiis gaudium, sic studia hilaritate proveniunt. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Et gaudium &-scil. *est*. Ellipsis epistolaris Plinii. v. I. 6.	*nihil tam* lætum, quod his *lætius* - Elegans circumscriptio superlativi, pro: hæ lætissimæ- v. I. 5. *nihil pigrius*. conf. Cicer. Ep. I. 35.	*
	levamentum doloris, eine Linderung des Schmertzens, der Betrübniß.	
	est mihi moris, ich habe den Brauch.	
	dare librum in manus hominum, ein Buch in die Welt ausgehen lassen.	
	ante, zuvor, adverb.	
si quando, il. *intendis*- iterum illa ellipsis. v. I. c.	si *quando*, pro: si aliquando, sequ. *nunc*. v. I. 31. ne *quando*.	
	intendere libro, ein Buch mit Aufmercksamkeit lesen.	
	imperare dolori, den Schmertz (das Leid) verbeissen, zwingen.	
	vacuo animo lætoque scribere, mit recht aufgeräumtem und frölichem Gemüthe schreiben.	
	studia hilaritate proveniunt, wenn man aufgeweckten und freudigen Geistes ist, studirt sichs gut.	

Epist. XXXV. (Lib. III. ep. 2.) Plin.

C. Plinius Maximo suo S.

Quod ipse amicis tuis obtulissem, si mihi eadem materia suppeteret: id nunc jure videor a te meis petiturus. Arrianus Maturius Altinatium est princeps. Cum dico princeps, non de facultatibus loquor, quæ illi large supersunt, sed de castitate, justitia, gravitate, prudentia. Hujus ego consilio in negotiis, judicio in studiis utor. Nam plurimum fide, plurimum veritate, plurimum intelligentia præstat. Amat me (nihil possum ardentius dicere) ut tu. Caret ambitu; ideo se in equestri gradu tenuit, cum facile posset ascendere altissi-

Ff

Plurimum - plurimum - plurimum Anaphora Plinii epistolaris, de qua plura v. I 15.

Mm.

materia mihi suppetit, ich habe Gelegenheit. Not. h. l. elegans verbum *suppetere*, pro *esse* deinde *materia*, pro loco, s. occasione v. II. 4.

Altinas. einer der aus *Altinum*, einer Stadt *in Venetis*, an dem Fluß *Silis*, heutiges Tages *Sile*, gelegen, gebürtig ist. Edit. Berolin.

hoc illi large supereſt, diß hat er die Hüll und Fülle.

castitas, h. l. die Aufrichtigkeit.

hujus ego v. I. 32, *huic ego.*

plurimum præstat fide, er beweiset mir grosse Treue.

nihil possum *ardentius* dicere, pro: ardentissime. brünstig. conf. I. 5. *nihil pigrius.*

caret ambitu, er bewirbt sich um keine Ehren-Stellen. conf. C. Nepos Attic. VI. 2.

Ss.

*

mum.

mum. Mihi tamen ornandus excolendusque est. Itaque magni æstimo, dignitati ejus aliquid adstruere inopinantis, nescientis, imo etiam fortasse nolentis: adstruere autem, quod sit splendidum, nec molestum. Cujus generis, quæ prima occasio tibi, confer eas in eum, rogo. Habebis me, habebis ipsum gratissimum debitorem. Quamvis enim ista non appetat, tam grate tamen excipit, quam si concupiscat. Vale.

Ff.

Cujus generis rogo pro: Rogo, hujus generis. v. l. 23

Quod ut-

quæ prima occasio tibi, sc. *erit*. Ellipsis Plinii epistolaris. v. l. 6.

Mm.

ornare & excolere aliquem. einem zu einer Würde und Ehren Stelle verhelffen, welche ihn zieren möge. Ed. Berolin.

dignitati alicujus adstruere aliquid, einem zu einem Character behülfflich seyn.

cujus generis, pro: talis, dergleichen. v. l. 27

quæ prima occasio, bey der ersten Gelegenheit.

habebis me, du wirst an mir haben. v. Cic. Epist. l. 20.

Ss.

inopinans, unverhofft, unvermuthet.

Pro: non opinans. Singulare, at elegans participium.

Epist. XXXVI. (Lib. VI. ep. 4.) Plin.

C. Plinius Calpurniæ suæ S.

NUnquam sum magis de occupationibus meis questus, quæ me non sunt passæ aut proficiscentem te valetudinis caussa in Campaniam prosequi, aut profectam e vestigio subsequi. Nunc enim præcipue simul esse cupiebam, ut oculis meis crederem, quid viribus, quid corpusculo acquireres, & qui denique secessus, voluptates, regionisque abundantiam inoffensa transmitteres. Equidem etiam fortem te non sine cura desiderarem. Est

Ff.

Quidquid- Anaphora Plinii epistolaris v. I. 15.

fortis. v. I. 1.

Mm.

prosequi aliquem, einen begleiten.

in Campaniam, nach denen daselbst befindlichen warmen Bädern, sonderlich zu *Bajis*. Ed. Berolin.

e vestigio subsequi aliquem, einem auf dem Fusse nachfolgen. v. Cic. Epist. II. 23.

ut oculis meis credam, daß ich mit meinen Augen sehen möge.

qui, pro: quomodo.

secessus, die retraite, Einsamkeit. vid. I. 22.

inoffensum aliquid transmittere, etwas ohne Anstoß leiden, sich nicht anfechten lassen.

non sine cura. Elegantius, pro: magna *cum* cura. *non sine*, pro: *cum*. v. II. 6. II. 14.

Ss.

sunt passæ prosequi - pro: *ut* prosequerer - v. I. 15. esse te *voluit*.

simul esse, pro: *una* esse. Singulare quid, quod h. l. partic. *simul* de loco usurpatur, quæ tantum de tempore alias solet adhiberi, *una* vero de loco.

enim

enim suspensum & anxium de eo, quem ardentissime diligas, interdum nihil scire. Nunc vero me cum absentiæ, tum infirmitatis tuæ ratio, incerta & varia solicitudine exterret. Vereor omnia, imaginor omnia, quæque natura metuentium est, ea maxime mihi, quæ maxime abominor, fingo. Quo impensius rogo, ut timori meo quotidie singulis, vel etiam binis epistolis consulas. Ero enim securior, dum legam: statimque timebo, cum legero. Vale.

Ff.

Mm.

Suspensus, kümmerlich.

ardentissime diligere v. I. 35.

imaginor omnia, ich stelle mir allerhand betrübte Zufälle aus Furcht vor.

hæc natura metuentium est, ea maxime sibi, quæ maxime abominantur, fingere diß ist die Art der Furchtsamen, dasjenige, was man am meisten fürchtet und scheuet, am meisten und ehesten sich einbilden und vorstellen.

impense rogo te, ich bitte dich inständigst.

singulis, vel etiam *binis* epistolis. Non ait: *una* epistola, vel *duabus* epistolis. conf. Cic. Ep. II. 20.

Sr.

diligas, pro: diligamus. v. v plura I. 33 *accesseris*-

Epist.

Epist. XXXVII. (Lib. ix. ep. 2.) Plin.

C. Plinius Sabino suo S.

FAcis jucunde, quod non solum plurimas epistolas meas, verum etiam longissimas flagitas: in quibus parcior fui, partim quia tuas occupationes verebar, partim quia ipse multum distringebar, plerumque frigidis negotiis, quæ simul & avocant animum & comminuunt. Præterea nec materia plura scribendi dabatur. Neque enim eadem nostra conditio, quæ Marci Tullii, ad cujus exemplum nos vocas. Illi enim & copiosissimum ingenium, & ingenio qua varietas rerum, qua magnitudo, largissime supetebat. Nos quam angustis

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Neque enim- pro: Et enim non- v. I, 4.	multum distringi negotiis, sehr beschäfftiget seyn. v. I. 10.	*
	frigidum negotium, ein nichts-würdiges, schlechtes Geschäffte.	
nostra, pro: mea. v. I. 13. *nos:*	hoc comminuit animum, diß stöhret (verwirret) das Gemüthe.	
	copiosissimum ingenium, ein gelehrter Kopff, voll schöner Gedancken und Einflüsse.	
nos, pro: ego- v. iterum l. c.	*qua, qua-* Elegantes particulæ, pro: *tam, quam.*	
	varietas, die Mannichfaltigkeit.	
	magnitudo, die Wichtigkeit.	
	suppetit hoc mihi largissime, ich habe hieran einen reichen Uberfluß. *suppetere* elegantius, pro: *esse.* vid. I. 35.	

ter-

terminis claudamur, etiam tacente me, perspicis: nisi forte volumus scholasticas tibi, atque (ut ita dicam) umbraticas litteras mittere. Sed nihil minus aptum arbitramur, cum arma vestra, cum castra, cum denique cornua, tubas, sudorem, pulverem, soles cogitamus. Habes, ut puto, justam excusationem: quam tamen dubito, an tibi probari velim. Est enim summi amoris, negare veniam brevibus epistolis amicorum, quamvis scias, illis constare rationem. Vale.

Ff.

Cum - cum- cum- Anaphora Plinii epistolaris. v. I. 15.

quam tamen dubito an- pro: dubito tamen, an eam- v. I. 23. *quot* ut-

Mm.

angustis terminis claudi, in enge Schrancken eingeschlossen seyn.

nisi *forte*, wo nicht etwa. conf. C. Nepos Arist. II. 3. si *forte*.

scholasticæ & umbraticæ litteræ, ein Schulfüchsischer und pædantischer Brief.

soles. Es ist vermuthlich, daß der Sabinus im Kriege gewesen sey, als diese Epistel vom Plinio an ihn geschrieben. Ed. Berolin.

dubito, an- ich trage Bedencken, ob- ich zweifle, ob-

probatur hoc mihi, diß gefällt mir, ich probire dieses.

est amoris, es gebühret der Liebe.

negare veniam alicui, es einem nicht verzeihen wollen. conf. C. Nepos Them. X. 1.

constat huic rei ratio, diß hat seine wichtige Ursachen.

Ss.

probari *velim*, pro: *ut* probetur. v. I. 15. esse te *voluit*.

EPIST. XXXVIII. (Lib. II. ep. 18.) Plin.

C. Plinius Maurico suo S.

QUid a te jucundius mihi potuit injungi, quam ut præceptorem fratris tui liberis quærerem? Nam beneficio tuo in scholam redeo: illam dulcissimam ætatem quasi resumo. Sedeo inter juvenes, ut solebam, atque etiam experior, quantum apud illos auctoritatis ex studiis habeam. Nam proxime frequenti auditorio inter se coram multis ordinis nostri clare jocabantur: intravi, conticuerunt. Quod non referrem, nisi ad illo-

---

Ff

Quod non referrem - pro: Non referrem hoc. v. I. 23.

quod ut-

Mm.

Quid jucundius, quam - pro: Hoc jucundissimum v. I. 5. *nihil prius*-

beneficio tuo, durch deine Veranlassung.

illa *dulcissima ætas*, i. e. pueritia, juventus.

atque etiam, ja auch. v. I. 14.

experiri, versuchen.

quantum *auctoritatis*, pro: quantam auctoritatem. v. I. 4. multum *gratiæ*.

proxime, jüngstens.

frequens auditorium, eine volckreiche Versammlung.

ordinis nostri, i. e. Senatorii.

clare jocari, laute schertzen, spielen.

Ss.

injungere alicui aliquid, einem etwas auftragen, aufbürden. Phrasis singularis, de qua plura I. 14.

rum

rum magis laudem, quam ad meam pertineret; ac niſi ſperare te vellem, poſſe fratris tui filios probe diſcere. Quod ſupereſt, cum omnes, qui profitentur, audiero, quid de quoque ſentiam, ſcribam, efficiamque, quantum tamen epiſtola conſequi potero, ut ipſe omnes audiſſe videaris. Debeo enim tibi, debeo memoriæ fratris tui hanc fidem, hoc ſtudium, præſertim ſuper tantare. Nam quid magis intereſt veſtra, quam ut liberi

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Debeo-debeo- Anaphora Plinii epiſtolaris. v. I. 15.	hoc pertinet ad laudem tuam, diß gereicht dir zum Lobe.	ſperare te *vellem* pro: *ut* ſperes- v. I. 15. eſſe te *voluit.*
Quid magis-? Interrogatio Plinii epiſtolaris. v. I. 2.	*quod ſupereſt*, im übrigen. Elegans connectendi & concludendi formula epiſtolaris. v. Cic. Ep. I. 35. *Reliquum eſt-*	
	qui profitentur, i. e. doctores, hodie *profeſſores.*	
	efficiam, ut. v. I. 2. *fac, ut.*	
	debeo *memoriæ fratris* tui- ich bin deinem ſel. Bruder (deinem Bruder gottſeligen Andenckens) ſchuldig-	
	intereſt veſtra, es iſt euch daran gelegen.	

(dice-

(dicerem tui, nisi nunc illos magis amares) digni illo patre, te patruo reperiantur? Quam curam mihi, etiamsi non mandasses, vindicassem. Nec ignoro suscipiendas offensas, in eligendo præceptore. Sed oportet me non modo offensas, verum etiam simultates pro fratris tui filiis tam æquo animo subire, quam parentes pro suis. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Quam curam- vindicassem pro: Vindicassem hanc curam- v. 23 *quod*, ut-	(*dicerem* tui, *nisi-*) Elegans parenthesis judicandi & insinuandi.	*
	offensam suscipere, sich Ungunst, Unwillen machen.	
Nec- pro: & non- v. 1. 4. *neque* enim-	in *eligendo*, in Erwählung. v. C. Ep. II. 17. in *administranda*.	
	simultas, ein heimlicher Groll und Feindschafft.	
	subire, über sich ergehen lassen.	
	æquo animo, mit gelassenem Gemüthe.	

C. PLI-

C. PLINII CÆCILII SECUNDI
Epistolarum Selectarum
Lib. II.

Epist. I. (Lib. 1. ep. 3.) Plin.
C. Plinius Caninio Rufo suo S.

QUid agit Comum, tuæ meæque deliciæ? quid suburbanum amœnissimum? quid illa porticus verna semper? quid πλατανὼν opacissimus? quid Euripus viridis & gemmeus? quid subjectus & ser-

Ff.

Quid agit? Interrogatio Plinii epist. qua per totam fere hanc epistolam utitur. v. I. 2.

Mm.

Comum, eine Stadt in *Insubria*, oder im Hertzogthum Mayland gelegen, wo unsers *Plinii* Vaterland unter dem Namen *Como*, und der daran stossenden See noch heutiges Tages berühmt ist. Ed. Berolin.

suburbanum, scil. prædium, ein Land-Gut, so nicht weit von der Stadt lieget.

verna semper, da es allezeit als im Früh-ling aussiehet, immer grüne.

πλατανὼν opacissimus, ein breiter Schatten-Baum.

Euripus Eigentlich die Meer-Enge zwischen Griechen-Land und der Insul *Eubœa*, oder *Negroponte*; hier aber heißt es eine Wasser-Leitung und Bächlein, das sie fliessen lassen und zurücke halten Fonten. Daher vielleicht der Name *Euripus* solchen *aquæ ductibus* und *fontainen* beygeleget ist. Edit. Berol.

gemmeus, crystallin, crystallen-klar.

subjectus, so unten daran gelegen, daran stößt.

Ss.

*

Canal, Master. Graben.

viens lacus? quid illa mollis & tamen solida gestatio? quid balneum illud, quod plurimus sol implet & circumit? quid triclinia illa popularia? quid illa paucorum? quid cubicula diurna nocturnaque? Possidentne te, & per vices partiuntur? an, ut solebas, intentione rei familiaris obeundæ, crebris excursionibus avocaris? Si te possident, felix beatusque es: Sin minus, unus ex multis.

Ff.	Mm.	Ss.
Quid-quid- &c. Anaphora Plinii epistolaris. v. l. 15.	gestatio, der Ort, da sich vornehme Herren der Gesundheit und der Bewegung halber tragen liessen. Gleichwie *Cœnatio, Ambulatio, Lavatio*, nicht allein *pro actu*, sondern auch *pro loco*, wo es geschicht, gebrauchet werden. Ed. Berolin.	*unus ex multis* - einer vom Hauß *omnis.* singularis, at elegans dictio, Græcismum sapiens; Grajis enim vulgus οἱ πολλοὶ, docti & prudentes autem χαρίεντες audiebant conf. Cic. p. Arch. X. 5. poëta *de populo*.
	plurimus sol implet & circumit hoc balneum, die Sonn brennt und trifft den gantzen Tag diß warme Bad.	
	triclinium, ein Esse-(Speise) Saal.	
	popularis, gemeine. Oppositum: *paucorum.*	
	per vices, Wechsels-weise, zur Abwechselung.	
	intentionem rei familiaris obire, die Wirthschafft (Oeconomie) bestellen.	
	crebris excursionibus avocari, durch öffteres Uberlauffen abgehalten werden.	
	si - sin minus - wo - wo anders -	
	felix beatusque es, du bist höchst glückselig.	
	possidet me hic locus, ich bediene mich dieses Orts.	

Quin

Quin tu (tempus est enim) humiles & sordidas curas aliis mandas, & ipse te in alto isto pinguique secessu studiis adseris? Hoc sit negotium tuum, hoc otium, hic labor, hæc quies; in his vigilia, in his etiam somnus reponatur. Effinge aliquid & excude, quod sit perpetuo tuum. Nam reliqua rerum tuarum post te alium atque alium dominum sortientur: hoc nunquam tuum desinet esse, si semel cœperit. Scio, quem animum, quod horter ingenium. Tu modo enitere, ut tibi ipse sis tanti, quanti videberis aliis, si tibi fueris. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Hoc- hoc- in bis- in bis- Anaphora Plinii epistolaris. v. I. 15.	*Quin*, warum nicht- v. II. 2.	*
	humiles & sordidæ curæ, die niederträchtigen und unanständigen (stinckenden) Haus-Geschäffte. v. I. 27.	
	altus pinguisque secessus, eine geruhige und gemächliche retraite. conf. I. 31. vita *pinguis*.	
	studiis adserere se, sich dem Studiren wiedmen.	
	effingere, erfinnen, erfinden.	
	excudere, ausarbeiten.	
	alium atque alium- Elegantius, pro multos.	

Epist. II. (Lib. III. ep. 13.) Plin.

C. Plinius Voconio Romano suo S.

Librum, quo nuper optimo Principi Consul gratias egi, misi exigenti tibi: misturus etsi non exegisses. In hoc consideres velim, ut pulchritudinem materiæ, ita difficultatem. In ceteris enim lectorem novitas ipsa intentum habet: in hoc nota, vulgata, dicta sunt omnia. Quo fit, ut quasi otiosus securusque lector tantum elocutioni vacet, in qua satisfacere difficilius est, cum sola æstimatur. Atque utinam ordo saltem & transitus & figuræ simul spectarentur. Nam invenire præclare, enuntiare

Ff.	Mm.	Ss.
*	Optimo. v. I. 8. optime Imperator. *Princeps* heißt bey unserm *Plinio* auch ein Kayser, welches Wort *Princeps* (verstehe *Senatus*) schon in der noch freyen Römischen *Republic* üblich war. Doch brauchet er solches niemals im *Vocativo*, oder in der Anrede. Ed. Berolin.	*
	velim, pro: rogo. Dictio epistolaris. conf. Cic. Ep. I. 2. in *Ff.*	
	intentus, aufmercksam.	
	Quo fit, ut vacet. Elegantius, pro: Quare vacat. v. I. 5. plura.	
	elocutioni vacare, nur auf die oratorische Künste Acht haben. Solche aber beschreibet er hernach selber, worinnen sie sonderlich bestehen, mit den Worten: *disponere apte, figurare varie.* Edit. Berolin.	
	ordo, i. e. dispositio, quam ajunt.	
	transitus, i. e. transitiones.	
	saltem, zum wenigsten nur.	
	invenire præclare, schön erfinden.	
	enuntiare magnifice, mit einer parrhesie und gravität aussprechen, hersagen.	

magni-

magnifice, interdum etiam barbari solent: disponere apte, figurare varie, nisi eruditis, negatum est. Nec vero affectanda sunt semper elata & excelsa. Nam ut in pictura lumen non alia res magis quam umbra commendat: ita orationem tam submittere quam attollere decet. Sed quid ego hæc doctissimo viro? quin potius illud: Annota, quæ putaveris corrigenda. Ita enim magis credam, cetera tibi placere, si quædam displicuisse cognovero. Vale.

Ff.

Nec vero- pro: & vero non- v. I. 4. *Neque* enim.

Quid ego hæc doctissimo viro? scil. *dico.* Ellipsis Plinii epistolaris, de qua plura l. 6.

Quin potius illud, scil. *dico?* iterum illa Ellipsis v. l. c.

Mm.

barbari, Halbgelehrte.

disponere apte, geschickt disponiren.

figurare varie, abwechseln, (changiren) in oratorischen Figuren.

hoc negatum (scil. omnibus) est nisi eruditis, dis ist nit mand gegeben, als rechtschaffenen Gelehrten.

elata & excelsa, hohe und sublime Sachen.

non alia res magis, quam- pro: sola umbra. Elegans formula: *non alius magis, quam.* v. C. Nepos Arist. II. 2.

commendare, Barbare: recommendare. v. Cic. Ep. I. 17.

orationem submittere, den Stylum (die Rede) fallen lassen.

orationem tollere, den Stylum (die Rede) eleviren.

sed quid ego hæc- Correctio.

quin- v. II. 1.

Ss.

*

Epist. III. (Lib. II. ep. 10.) Plin.

C. Plinius Octavio suo S.

HOminem te patientem, vel potius durum ac pæne crudelem, qui tam insignes libros tam diu teneas! Quousque & tibi & nobis invidebis? tibi maximam laudem, nobis voluptatem. Sine per ora hominum ferantur, iisdemque, quibus Romana lingua, spatiis pervagentur. Magna etiam longaque exspectatio est, quam frustrari adhuc & differre non debes. Enotuerunt quidam tui versus, & invito te claustra tua refregerunt; hos nisi retrahes in corpus, quandoque errones aliquem, cujus dicantur, invenient. Habe ante oculos mortalitatem, a qua asserere te hoc uno monimento potes. Nam cetera fragilia & caduca non minus, quam ipsi homines, occidunt, desinuntque. Dices, ut soles: Amici mei viderint. Opto equidem amicos tibi tam fideles, tam

---

Ff.

Hominem te! Exclamatio Plinii epistolaris. v. I. 15.

Quousque- Interrogatio Plinii epistolaris. v. I. 2.

Mm.

sine per ora hominum ferantur libri tui, laß deine Bücher ausgehen in alle Welt.

exspectatio, das Verlangen, die Hoffnung.

frustrari exspectationem alicujus, jemand des Hoffnung teuschen.

adhuc, bisher. v. I. 10.

enotescere, unter die Leute kommen, kund werden.

te invito, wider deinen Willen.

retrahere versus suos in corpus, seine Gedichte in ein Werck zusammen fassen. v. Cic Ep. II. 31 modicum *corpus*.

quandoque, dermaleinst.

erro, ein Vagabond.

habere ante oculos mortalitatem suam, sich seiner Sterblichkeit erinnern.

asserere se a mortalitate, sich von der Sterblichkeit erretten.

non minus, quam, sowol, als. v. II. 4. II. 13. II. 16. conf. Cic. Ep. I. 39.

ut soles. v. Cic. Ep. I. 27.

Ss.

*

eru-

eruditos, tam laborioſos, ut tantum curæ intentionisque ſuſcipere & poſſint & velint: Sed diſpice ne ſit parum providum, ſperare ex aliis, quod tibi ipſe non præſtes. Et de editione quidem interim, ut voles, recita ſaltem, quo magis libeat emittere: utque tandem percipias gaudium, quod ego olim pro te non temere præſumo. Imaginor enim, qui concurſus, quæ admiratio te, qui clamor, quod etiam ſilentium maneat: quo ego, cum dico, vel recito, non magis, quam clamore deflector: ſit modo ſilentium acre & intentum & cupidum ulteriora audiendi. Hoc fructu tanto, tam parato, deſine ſtudia tua infinita iſta cunctatione fraudare: quæ cum modum excedit, verendum eſt, ne inertiæ & deſidiæ, vel etiam timiditatis nomen accipiat. Vale.

Ff.

Et de editione ſcil. conſtitues. Ellipſis Plinii epiſtolaris. v. I. 6.

Quæ cum- pro: cum ea- v. I. 23. *Quod* ut-

Mm.

tantum *curæ*, pro: tantam curam. v. I. 4. multum *gratiæ*.

intentio, die Mühwaltung. (v. I. 10.

parum providum, pro: *non ſatis* providum.

recita ſaltem, lieſe ſolche deine Carmina zum wenigſten guten Freunden und gelehrten Leuten vor, und höre ihre Cenſuras darüber an. Denn dieſe Gewohnheit war zu Rom, wenn jemand was herausgeben wolte, *ut recitaret primum*. Edit Berohn.

emittere, herausgeben, ediren.

non temere *præſumo* hoc, ich bilde es mir nicht ohne Urſache ein zum voraus. conf. Cic. Ep. II. 28. *præcipere*.

non minus, quam. v. ſupra.

ſit modo. Elegans Ellipſis partic. *ſi* v. I. 19. nuntiet *modo*.

fructus, der Genuß, das Vergnügen.

paratus, gewiß. v. II. 6. II. 12.

infinita cunctatio, eine ewige Saumſeligkeit.

modum excedere, über die Maſſe ſeyn, excediren.

Ss.

Olim, pro: jamdiu. v. I. 2.

EPIST. IV. (Lib. III. ep. 3.) Plin.

C. Plinius Corelliæ Hispulæ S.

CUm patrem tuum, graviſſimum & ſanctiſſimum virum, ſuſpexerim magis an amaverim dubitem, teque in memoriam ejus & in honorem tuum unice diligam: cupiam neceſſe eſt, (atque etiam, quantum in me fuerit, enitor,) ut filius tuus avo ſimilis exiſtat. Equidem malo materno: quanquam illi paternus etiam clarus ſpectatusque contigerit: pater quoque & patruus illuſtri laude conſpicui. Quibus omnibus ita demum ſimilis adoleſcet, ſi imbutus honeſtis artibus fuerit: quas plurimum refert, a quo potiſſimum accipiat. Adhuc illum pueritiæ ratio intra contubernium tuum tenuit; præ-

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Quas plurimum refert, a quo - pro: plurimum refert, a quo eas- v. I. 23. *Quod* ut-	vir ſanctiſſimus, ein ſehr gewiſſenhaffter Mann. ſuſpicere, hochachten, reſpectiren. atque etiam. v. I. 14. quantum in me eſt, ſo viel mir möglich iſt. vir illuſtri laude conſpicuus, ein hochberühmter Mann. imbui honeſtis artibus, in denen Studiis unterrichtet werden. plurimum refert, es liegt viel daran. potiſſimum. v. I. 15. adhuc. v. I. 10. ratio pueritiæ, die Bewandniß der Jugend. intra contubernium matris, in der Mutter Hauſe.	

cepto-

ceptores domi habuit, ubi est vel erroribus modica, vel etiam nulla materia. Jam studia ejus extra limen proferenda sunt, jam circumspiciendus rhetor latinus, cujus scholæ severitas, pudor, in primis castitas constet. Adest enim adolescenti nostro cum ceteris naturæ fortunæque dotibus eximia corporis pulchritudo; cui in hoc lubrico ætatis non præceptor modo, sed custos etiam rectorque quærendus est. Videor ego demonstrare tibi posse Julium Genitorem. Amatur a me: Judicio tamen meo non obstat caritas hominis, quæ ex judicio nata est. Vir est emendatus & gravis; paullo etiam hortidior & durior, ut in hac licentia temporum. Quan-

---

Ff.

Jam- jam- Anaphora Plinii epistolaris. v. I. 15.

eximia corporis *pulchritudo.* v. I. 2.

Mm.

vel, vel, h. l. entweder, oder.

error, di Ausschweiffung, excess.

materia. v. I. 35

studia ejus extra limen proferenda sunt er muß mit seinem Studiren vor die Leute.

severitas, ein ernstliches Wesen.

pudor, die Zucht, Züchtigkeit.

castitas, eine unsträffliche Aufführung, exemplarisches Leben.

eximia corporis pulchritudo, eine schöne Leibes-Gestalt.

in hoc *lubrico* ætatis in dieser schwarcken und schlüpffigen Jugend. Non ait: In hac *lubricitate-* cf. I. 4 multum *gratiæ. Præceptor,* i. e. informator; *custos, rectorque,* ein Hofmeister.

demonstrare vorschlagen, recommandiren.

judicium, ein richtiges, unpassionirtes Urtheil.

nasci, entstehen, entspringen.

vir emendatus, ein politer Mann.

ut in hac licentia- Elegans formula: *ut-pro*: hac *pro* licentia temporum, in Ansehung der Uppigkeit und Frechheit dieser verderbten Zeiten. conf. C. Nepos Epam. V. 2.

Ss.

*

tum eloquentia valeat, pluribus credere potes: Nam dicendi facultas aperta & exposita statim cernitur. Vita hominum altos recessus magnasque latebras habet: cujus pro Genitore me sponsorem accipe. Nihil ex hoc viro filius tuus audiet, nisi profuturum, nihil discet, quod nescisse rectius fuerit. Nec minus sæpe ab illo, quam a te meque, admonebitur, quibus imaginibus oneretur, quæ nomina & quanta sustineat. Proinde, faventibus Diis, trade eum Præceptori, a quo mores primum, mox eloquentiam discat, quæ male sine moribus discitur. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Nihil-nihil- iterum illa Plinii Anaphora epistolaris. v. I. 15. *Nec* minus- pro: & non minus- v. plura l. 4.	eloquentia valere, in der Beredsamkeit (Oratorie) was gelhan haben. dicendi facultas die Eloquentz. vita hominum altos recessus, magnasque latebras habet, die Aufführung der Menschen hat viele Tücke und Verstellung, (man kan dem Menschen nicht ins Hertze sehen) conf. Cic. p. Marcell. VII. 5. sponsor, ein Bürge, der aus eignem Triebe für etwas gut sagt. Ed. Ber. non minus, quam. v. II. 3 *imagines*, heissen die ansehnlichen Ahnen, die sie in Wachs *poussiret* stehen hatten, von dem ersten Stamm-Vater an. Ed. Berolin. *nomina* idem, quod: *imagines*. favente Deo, mit GOttes Hülffe, wills GOtt. primum, *mox*. v. I. 16. eloquentia male sine moribus discitur, die Eloquentz lernt niemand, der nicht auch zugleich seine Sitten poliret.	*

EPIST,

Epist. V. (Lib. IX. ep. 21.) Plin.

C. Plinius Sabiniano suo S.

Libertus tuus, cui succensere te dixeras, venit ad me, advolutusque pedibus meis, tanquam tuis, hæsit. Flevit multum, multumque rogavit, multum etiam tacuit: in summa, fecit mihi fidem pœnitentiæ. Vere credo emendatum, quia deliquisse se sentit. Irasceris, scio: sed tunc præcipua mansuetudinis laus, cum iræ caussa justissima est. Amasti hominem, & spero, amabis: interim sufficit, ut exorari te sinas. Licebit rursus irasci, si meruerit: quod exoratus excusatius facies. Remitte aliquid adolescentiæ ipsius, remitte lacrymis, remitte indulgentiæ tuæ: ne torqueris illum, ne torqueris

---

Ff.

Multum-multum-multum- Anaphora Plinii epistolaris. v. l. 15.

remitte-remitte-remitte- iterum Anaphora illa, v. l. c.

Mm.

advolutus pedibus meis hæsit, er lag und schmiegete sich zu meinen Füssen.

fecit mihi fidem pœnitentiæ, er hat mich glauben gemacht, daß er sein Verbrechen von Hertzen bereue.

excusatius hoc facies, du bist desto eher zu entschuldigen, wenn du es alsdenn thust. Edit. Berolin.

remittere aliquid adolescentiæ alicujus, jemandes Jugend etwas zu gute halten, nachsehen. v. l. 14.

indulgentia die Lindigkeit.

torquere aliquem, einem wehe thun.

Ss.

in summa. singularis dictio Nostratis: Summa, kurtz.

exorari te *sinas*, pro: *ut* tu exoreris. v. plura l. 15. esse te *voluit*.

etiam

etiam te: torqueris enim, cum tam lenis irascaris. Vereor, ne videar non rogare, sed cogere, si precibus ejus meas junxero. Jungam tamen tanto plenius & effusius, quanto ipsum acrius severiusque coripui, districte minatus, nunquam me postea rogaturum. Hoc illi, quem terreri oportebat; tibi non item. Nam fortasse iterum rogabo, iterum impetrabo: sit modo tale, ut rogare me, præstare te deceat. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Hoc illi, scil. *dixi*. Ellipsis Plinii epistolaris. v. I. 6.	torqueri, sich Verdrießlichkeit machen. cum tam lenis irascaris, wenn du dein sonst gütiges *Naturell* gleichsam zum Zürnen zwingen wilst. Edit. Berol. *non, sed.* v. I. 4. effusus, ausführlich. coripere, bestraffen, scil. mit Worten. districte, ernstlich, scharff. iterum, abermal, zum andernmal. sit *modo*. Elegans Ellipsis partic. *si*. v. I. 19. nuntiet *modo*.	*

EPIST.

Epist. VI. (Lib. II. ep. 10.) Plin.

C. Plinius Albino suo S.

CUm venissem in socrus meæ villam Alsiensem, quæ aliquando Rufi Verginii fuit, ipse mihi locus optimi illius & maximi viri desiderium non sine dolore renovavit. Hunc enim incolere secessum, atque etiam senectutis suæ nidulum vocare consueverat. Quocunque

Ff.

Ipse mihi *locus.* v. I. 2. *nullas* mihi *epistolas.*

Mm.

Alsium war eine See-Stadt in *Etrurien*, wiewol nicht gar zu weit von Rom gelegen, und deshalb waren die Land-Güter um diesen Ort herum sehr bequem für die Grossen zu Rom. Ed. Berolin.

desiderium, das Vermissen, das schmertzliche Entbehren. v. C. Nepos Cim. III. 2.

non sine- Elegantius, pro: cum- vid. I. 36.

secessus. v. II. 1.

atque etiam. v. I. 14.

senectutis suæ *nidulum*, sein Hüttgen, darinnen er sein Alter zuzubringen gedächte. Ed. Berolin.

consueverat. Elegantius, pro: solebat. v. Cic. Ep. II, 25.

Ss.

*

me

me contulissem, illum animus, illum oculi requirebant. Libuit etiam monimentum ejus videre, & vidisse pœnituit. Est enim adhuc imperfectum, nec difficultas operis in caussa, modici, ac potius exigui, sed inertia ejus, cui cura mandata est. Subit indignatio cum miseratione, post decimum mortis annum reliquias, neglectumque cinerem, sine titulo, sine nomine jacere, cujus memoria orbem terrarum gloria pervagatur, sein Name ist in der ganzen Welt berühmt.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Illum. Illum. Anaphora Plinii epist. v. I, 15.	requirere, vermiss n.	*
	adhuc, bis dato noch, v. I 10. *usque* adhuc.	
	quis est in caussa? wer ist Schuld daran?	
Sine. sine. iterum Anaphora. v. l. c.	subit indignatio, ich werde unwillig, entrüste mich.	
	miseratio, das Mitleiden.	
	reliquiæ, die Gebeine, so von dem verbrennten Cörper übrig blieben.	
	ejus memoria orbem terrarum gloria pervagatur, sein Name ist in der ganzen Welt berühmt.	

getur.

getur. At ille mandaverat, caveratque, ut divinum illud & immortale factum versibus inscriberetur:

Hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam
Imperium asseruit non sibi, sed patriæ.

Tam rara in amicitiis fides, tam parata oblivio mortuorum, ut ipsi nobis debeamus etiam conditoria exstruere, omniaque heredum officia præsumere. Nam cui non est verendum, quod videmus accidisse Verginio? cujus injuriam ut indigniorem, sic etiam notiorem ipsius claritas facit. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Tam-tam- iterum Anaphora. v. l. c.	*caverat*, er hatte es in seinem letzten Willen verordnet Ed Berolin.	
Cui non est-!? interrogatio Plinii epist. v. I. 2.	*divinus*, Elegantius, pro: excellens. vid. Cic. Ep. I. 30.	
	factum, nemlich dasselbe, daß er nach Abgang des Hauses der *Cæsarum* hätte der erste Monarche wieder zu Rom werden können, indem es die Soldaten ihm öffters antrugen, er dennoch solches abschlug, und auf die Raths-Wahl verwies. Ed. Berolin.	
	Vindice, welcher nebst der Provintz *Gallien* vom *Nerone* abfiel, und von dem *Verginio Rufo* zu paaren getrieben wurde. Ed. Berolin.	
	paratus. v. II. 3.	
	conditorium, ein Grab, Ruhe- Kämmerlein.	
	præsumere. v. II. 3.	

Epist. VII. (Lib. VI. ep. 11.) Plin.

C. Plinius Maximo suo S.

O Diem lætum! adhibitus in consilium a præfecto urbis, audivi ex diverso agentes summæ spei, summæ indolis juvenes duos, Fuscum Salinatorem & Numidium Quadratum, egregium par, nec modo temporibus nostris, sed litteris ipsis ornamento futurum. Mira utrique probitas, constantia salva, decorus habitus, os planum, vox virilis, tenax memoria, magnum ingenium, judicium æquale: quæ singula mihi voluptati fuerunt, atque inter hæc illud, quod & ipsi me, ut rectorem, ut magistrum intuebantur, & iis, qui audiebant, me æmula-

Ff.	Mm.	Ss.
O diem lætum! Exclamatio Plinii epistolaris. v. I. 15.	*Præfectus urbis* war ein neues Amt, so in der Stadt und *ad centesimum lapidem ab urbe* galt. Dieses hatte sonderlich *Augustus* angeordnet, *ob magnitudinem populi ac tarda legum auxilia.* Ed. Berolin.	*
summæ-summæ Anaphora Plinii epistolaris. v. I. 15.	ex diverso agere, gegen einander proponiren vor Gerichte.	
	juvenis summæ spei, summæ indolis, ein Jüngling von grosser Hoffnung und schönem Naturell.	
Mira probitas, constantia-scil. *est.* Ellipsis Plinii epistolaris v. I. 6.	constantia salva est ei, er ist unerschrockenes und frölliches Gemüthes.	
	os planum, eine deutliche Aussprache.	
	tenax memoria, ein glückliches (festes) Gedächtniß.	
	magnum ingenium, eine grosse Einbildungs-Krafft, Imagination, (Phantasey.)	
	judicium, der Witz, das Jugement.	
	hoc voluptati est mihi, diß macht mir ein sonderbares Vergnügen.	

xi,

ri, meis instare vestigiis videbantur. O diem (repetam enim) lætum, notandumque mihi candidissimo calculo! Quid enim aut publice lætius, quam clarissimos juvenes nomen & famam ex studiis petere? aut mihi optatius, quam me ad recta tendentibus quasi exemplar esse propositum? Quod gaudium ut perpetuo capiam, Deos oro, ac eosdem testes peto, ut omnes, qui imitari tanti putabunt, meliores esse, quam me velint. Vale.

Ff.

O diem lætum! Exclamatio Plinii epistolaris. v. I. 15.

Quod gaudium ut- pro: ut hoc gaudium- v. I. 23.

Quod ut-

Mm.

instare vestigiis alicujus, in jemandes Stapffen treten.

hic dies notandus mihi candidissimo calculo est, diesen Tag muß ich mit weisser Kreide mercken.

Quid lætius- pro: Hoc lætissimum- v. I. 5. *nihil pigrius.*

ad recta tendere, nach Tugend und Ehre ringen.

capere gaudium, eine Freude empfinden.

tanti putare aliquem, einen so werth achten.

S.

eosdem testes *peto*- Singularis constructio verbi *peto*, pro: *ab* iisdem testibus peto.

esse *velint*- pro: *ut* sint- v. I. 15. plura.

Epist. VIII. (Lib. III. ep. 8.) Plin.

C. Plinius Tranquillo suo S.

FAcis pro cetera reverentia, quam mihi præstas, quod tam solicite petis, ut Tribunatum, quem a Neratio Marcello, clarissimo viro, impetravi tibi, in Cæsennium Silvanum, propinquum tuum, transferam. Mihi autem sicut jucundissimum, ipsum te tribunum, ita non minus gratum, alium per te videre. Neque enim esse congruens arbitror, quem augere honoribus cupias, huic pietatis titulos invidere, qui sunt omnibus honoribus pulchriores. Video etiam, cum sit egregium, & mereri beneficia & dare, utramque te laudem simul assecuturum, si, quod ipse meruisti, aliis tribuas. Præterea intelligo, mihi quoque gloriæ fore, si ex hoc tuo facto non fuerit ignotum, amicos meos non gerere tantum tribunatus posse, verum etiam dare. Quare ego vero honestissimæ voluntati tuæ pareo. Neque enim adhuc nomen in numeros relatum est: ideo liberum est nobis, Silvanum in locum tuum subdere, cui cupio tam gratum esse munus tuum, quam tibi meum est. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Neque enim-pro: Et enim non-v. I 4.	*pro*, nach. v. I. 32. Tribunatus, scil. militaris, eine Obriſtens Stelle. augere aliquem honoribus, einen befördern.	*cetera.* Singulariter hæc notio est in num. Singulari. conf. C. Nepos Paus. H. 4.
utramque te *laudem.* v. I. 2.	pietas. v. I. 12. in *numeros*, in die ſo genannte Matricul (Rolle) der Tribunorum. parere voluntati alicujus, einem willfahren, gratificiren.	*Quare* ego *vero.* Singulare quid, quod connect. partic. *Quare* jungitur formulæ: ego *vero.* v. I. 4. conf. Cic. Ep. II. 26.
Neque enim-itesum. v. I. 4.	in locum tuum, an deinen Platz.	

Epist.

Epist. IX. (Lib. VII. ep. 20.) Plin.

C. Plinius, Tacito suo S.

Librum tuum legi, & quam diligentissime potui, annotavi, quæ commutanda, quæ eximenda arbitrarer. Nam & ego verum dicere assuevi, & tu libenter audire. Neque enim ulli patientius reprehenduntur, quam qui maxime laudari merentur. Nunc a te librum meum cum annotationibus tuis exspecto. O jucundas! o pulchras vices! Quam me delectat, quod, si qua posteris cura nostri, usquequaque narrabitur, qua concordia, simplicitate, fide vixerimus. Erit rarum & insigne, duos homines ætate propemodum æquales, nonnullius in litteris nominis (cogor enim de te quoque parcius dicere, quia de me simul dico) alterum alterius studia foviſſe.

Ff.

Neque enim- pro: Et enim non- v. I. 4.

O jucundas, o pulchras vices! Exclamatio Plinii epistolaris, v. I. 15.

Mm

eximere, ausstehun.

neque (non) *ulli.* Elegantius, pro: Et nulli. conf. Cic. Ep. l. 3. *neque quidquam.*

vices, der Wechſel.

usquequaque, aller Orten.

nonnullius in litteris nominis, die bey- derſeits unter den Gelehrten einigen Ruhm und Anſehen gehabt Ed. Berolin.

parcius, etwas mäßig, mäßiglich.

alter alterius ſtudia fovet, ſie ſtehen einer dem andern im Studiren bey.

Ss.

laudari *merentur*, pro: *ut* laudentur, v. I. 15. eſſe te *voluit.*

cogor dicere pro: *ut* dicam. v. ibid.

Equidem adolescentulus, cum jam tu fama gloriaque florereres, te sequi, tibi longo, sed proximus, intervallo, & esse & haberi concupiscebam. Et erant multa clarissima ingenia, sed tu mihi (ita similitudo naturæ ferebat) maxime imitabilis, maxime imitandus videbaris. Quo magis gaudeo, quod, si quis de studiis sermo, una nominamur; quod de te loquentibus statim occurro. Nec desunt, qui utrique nostrum præferantur. Sed nihil interest mea, quo loco jungimur. Nam hoc ego primus, quia tibi proximus: quin etiam in testamentis debes annotasse: nisi quis forte alterutri nostrum amicissimus, eadem legata & quidem pariter accipimus. Quæ omnia huc spectant, ut invicem ardentius diligamus, cum tot vinculis nos studia, mores, fama, suprema denique hominum judicia constringant. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Maxime-maxime-Anaphora Plinii epistolaris. v. I. 15.	fama gloriaque florere, berühmt seyn.	*
	sum tibi longo, sed proximus, intervallo, ich bin weit hinter dir, doch dir der Nächste in der Nachfolge.	
	clarissimum ingenium, ein gelehrter Kopf	
Nec desunt-pro: Et non v. I. 4. *Neque* enim.	similitudo naturæ, die Gleichheit des Naturells.	
	imitabilis, der sich imitiren läßt.	
	imitandus, der vor andern soll imitiret werden.	
Quæ omnia-pro: Hæc omnia-v. I. 23. *Quod* ut-	Quo magis. v. I. 7.	
	statim occurrit hic mihi, dieser fällt mir bald ein.	
	non desunt. Elegantius, pro: *sunt.*	
	hoc, darinn. v. II. 10.	
	Quin etiam, ja was noch mehr. Elegans connect. form. v. II. 14.	
	pariter, gleichmäßig. legatum, ein Vermächtniß.	
	huc spectat, hierauf zielet ab.	
	ardentius diligere, inbrünstiger lieben.	
	suprema hominum judicia, die vortheilhafftesten Urtheile der Leute von uns.	

EPIST. X. (Lib. IV. ep. 8.) Plin.

C. Plinius Arriano suo S.

GRatularis mihi, quod acceperim auguratum: Jure gratularis. Primum, quod gravissimi Principis judicium in minoribus etiam rebus consequi pulchrum est: deinde quod sacerdotium ipsum cum priscum & religiosum, tum hoc quoque sacrum plane & insigne est, quod non adimitur viventi. Nam cætera quanquam dignitate propemodum paria, ut tribuuntur, sic auferuntur: in hoc fortunæ hactenus licet, ut dari possit. Mihi vero etiam illud gratulatione dignum videtur, quod successi Julio Frontino, principi viro, qui me nomina-

Ff. | *Mm.* | *Ss.*

* | *Auguratus* war bey den Römern eine wichtige geistliche Ehren-Stelle, die den vornehmsten Leuten, so den *statum reip* wohl inne hatten, *conser*iret wurde. Ed Berolin.

primum, deinde. v. I. 16.

gravissimi Principis, scil. Trajani. v. II. 1.

gravissimi Principis judicium in minoribus etiam rebus consequi pulchrum est, eines Erlauchten Printzen hohes Urtheil (Consens) auch in geringsten Sachen zu erhalten, ist etwas grosses.

hoc, darum. v. II. 9.

hactenus, pro: eatenus, so weit. conf. C. Nepos Attic. XIIX. 4.

hactenus licet tibi in hoc, so weit hast du hiemit Macht zu thun.

mihi *vero*. v. I. 4. ego *vero*.

Frontino. Diß ist der berühmte Mann, so die Bücher *de aquæ ductibus & strategematibus* geschrieben. Editio Berolinensis.

tionis die per hos continuos annos inter sacerdotes nominabat, tanquam in locum suum cooptaret; quod nunc eventus ita comprobavit, ut non fortuitum videatur. Te quidem, ut scribis, ob hoc maxime delectat Auguratus meus, quod M. Tullius Augur fuit. Lætaris enim, quod honoribus ejus insistam, quem æmulari in studiis cupio. Sed utinam, ut sacerdotium, idem & Consulatum, multo etiam junior, quam ille, sum consecutus, ita senex saltem ingenium ejus aliqua ex parte assequi possem! Sed nimirum, quæ sunt in manu hominum, & mihi & multis contigerunt; illud vero, ut adipisci arduum, sic etiam sperare nimium est, quod dari nisi a Diis non potest. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Aliqua ex *parte.* v. I. 2. *nullas* mihi *epistolas.*	*nominationis* dies, der Tag, an welchem einer zu einem solchen geistlichen Amte vorgeschlagen wurde. Ed. Berolin. per hos continuos annos, so viel Jahre nach einander. tanquam, als ob. v. I. 25. non fortuitum videtur, es scheint nicht ohngefähr (per accidens) geschehen zu seyn. Te *quidem.* v. I. 12. insistere honoribus alicujus, in jemandes Ehren-Stelle treten, (succediren.) aliqua ex parte, einiger Massen. quæ sunt in manu mea, was bey mir stehet. contigit hoc mihi, diß ist mir durchs Glück zu Theil worden.	*

EPIST.

EPIST. XI. (Lib. VI. ep. I.) Plin.

C. Plinius Fabato Proſocero ſuo S.

CUpis poſt longum tempus neptem tuam meque una videre. Gratum eſt utrique noſtrum, quod cupis: mutuo mehercule. Nam invicem nos incredibili quodam deſiderio veſtri tenemur, quod non ultra differemus. Atque adeo jam ſarcinulas alligamus, feſtinaturi, quantum itineris ratio permiſerit. Erit una, ſed brevis, mora. Deflectemus in Tuſcos, non ut agros remque familiarem oculis ſubjiciamus, (id enim poſtponi poteſt) ſed ut fungamur neceſſario officio. Oppidum eſt prædiis noſtris vicinum: nomen Tifernum Tiberinum, quod

Ff.

Noſtris, pro: meis. v. I. 13.

nos.

Mm

mutuo, wir auf beyden Seiten.

invicem. v. I. 13.

incredibilis. Elegantius, pro: magnus. v. Cic. Ep. II. 1.

incredibili quodam deſiderio alicujus teneri, ein brennendes Verlangen nach einem haben.

Atque, ja. v. I. 14. *atque etiam.*

ſarcinulas jam alligamus, wir packen ſchon ein zur Reiſe (wir ſchnüren ſchon die Bündel.)

mora, die Verweilung, Sejour.

non, ſed. v. I. 4.

rem familiarem oculis ſubjicere, die Oeconomie (Wirthſchafft) in Augenſchein nehmen.

Prædia, Land-Güter.

Ss.

in *Tuſcos*, pro: in Tuſciam. Singularis, at elegans uſurpatio incolarum, pro regione, conf. C. Nepos Milt. V. 1. Eum. IIX. 4.

me pæne adhuc puerum patronum cooptavit: tanto majore ſtudio, quanto minore judicio adventus meos celebrat; profectionibus angitur, honoribus gaudet. In hoc ego, ut referrem gratiam, (nam vinci in amore turpiſſimum eſt,) templum pecunia mea exſtruxi, cujus dedicationem, cum ſit paratum, differre longius, irreligioſum eſt. Erimus ergo ibi dedicationis die, quem epulo celebrare conſtitui: ſubſiſtemus fortaſſe & ſequenti. Sed tanto magis viam ipſam corripiemus: contingat modo, te filiamque tuam fortes invenire; nam hilares certum eſt, ſi nos incolumes receperitis. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Fortes. v. l. 1. hilares certum eſt ſcil. *vos fore.* Ellipſis Plinii epiſt. v. l. 6.	*patronum.* Denn es hatten nicht allein ganze Königreiche und Provintzien ihre *Patronos* zu Rom, ſondern auch ſo gar einzele Städte. Ed. Berol.	*
	vinci in amore turpiſſimum eſt, ſich in der Liebe zuvor thun laſſen, iſt eine Schande.	
	pecunia mea, für mein Geld.	
	dedicatio templi, die Einweihung des Tempels.	
	irreligioſus, unverantwortlich (unchriſtlich.)	
	paratus, fertig, angeſetzet. v. II. 3.	
	epulo celebro hunc diem, dieſen Tag tractire ich, ſchmauſe ich.	
	ſubſiſtere, ſich aufhalten, arretiren.	
	viam corripere, ſich fördern auf der Reiſe.	
	contingat *modo.* Ellipſis partic. *ſi.* v. I. 19. nuntiet *modo.*	
	contigit mihi, v. I. 15.	

EPIST.

Epist. XII. (Lib. IV. ep. 19.) Plin.

C. Plinius Hispullæ suæ S.

CUm singularis pietatis exemplum, fratremque optimum & amantissimum tui pari caritate dilexeris, filiamque ejus, ut tuam, diligas; nec tantum amitæ ejus, verum etiam patris amissi affectum repræsentes: non dubito maximo tibi gaudio fore, cum cognoveris, dignam te, dignam avo evadere. Summum est acumen, summa frugalitas: amat me, quod castitatis indicium est. Accedit his studium litterarum, quod ex mei caritate concepit. Meos libellos habet, lectitat, ediscit etiam. Qua illa solicitudine, cum videor acturus, quanto cum

---

Ff

Maximo tibi *gaudio.* v. I. 2. *nullas* mihi *epistolas.*

dignam-dignam-dignam. Anaphora Plinii epistolaris. v. I. 15.

summum est acumen - scil. *ei.* Ellipsis. v. I. 6.

Mm.

Hispulla war des alten *Fabat* leibliche Tochter, und seines Schwieger-Vaters Schwester. conf. I. 14. *Proſocero.* Ed. Berolin.

pietas. v. I. 12.

affectus, die Neigung, Liebe.

repræsentare. Barbare: præsentare, gegenwärtig darstellen, vorstellen.

acumen, der Witz, Esprit.

frugalitas, die Mäßigkeit, Begnügsamkeit.

castitas, die Züchtigkeit.

Accedit his - hiezu kömmt. Elegans connect. form conf. Cic. Ep. II. 14.

studium litterarum, die Liebe (estime) derer Studien

Qua illa. Eleganter hæc duo pronomina sibi junguntur. v. II. 16.

agere, sc. causam, vor Gerichte proponiren, einen Rechts-Handel führen. Dictio forensis.

Ss.

non *dubito* forepro: *quin* futurum sit-Singularis loctuio. v. II. 17. conf. Cic. Ep. II. 10.

egi, gaudio afficitur? Disponit, qui nuntient sibi, quem assensum, quos clamores excitarim, quem eventum judicii tulerim. Eadem si quando recito, in proximo discreta velo sedet, laudesque nostras avidissimis auribus excipit. Versus quidem meos cantat, formatque cithara, non artifice aliquo docente, sed amore, qui magister est optimus. His ex caussis in spem certissimam adducor, perpetuam nobis majoremque in dies futuram esse concordiam. Non enim ætatem meam, aut corpus, quæ paullatim occidunt ac senescunt, sed gloriam diligit.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
-*Quanto- afficitur?* interrogatio Plinii epistolaris. v. I. 2.	magno gaudio affici. Elegantius, pro: *gaudere.* Verbum in Substant. mutat.	*
	disponit, sc. aliquos, sie stellet Leute aus.	
	si *quando.* v. I. 34.	
	recito. v. II. 3.	
	in proximo discreta velo sedet, sie sitzet nahe bey uns hinter einem Vorhang, Spanischen Wand.	
	avidissimis auribus excipere aliquid, begierig zu hören.	
	quidem v. I. 12.	
	versus meos cantat, formatque cithara, sie singet meine Gedichte, und setzt, (componirt) und spielt sie auf der Harffe. Not. h. l. dictio musica *formare.*	
	non, sed. v. I. 4.	
	amor optimus magister est, die Liebe ist der beste Lehrmeister. Maitre.	
His ex caussis v. I. 2. *nullas mihi epistolas.*	His ex caussis. Connect. form. conf. Cic. Ep. II. 17.	
	in spem certissimam adducor, ich habe die feste Hoffnung.	
	in dies, von Tage zu Tage. Male: *de die in diem.*	

Nec

Nec aliud decet tuis manibus educatam, tuis præceptis instituram: quæ nihil in contubernio tuo videris, nisi sanctum honestumque: quæ denique amare me ex tua prædicatione consueverit. Nam cum matrem meam parentis loco venerarere, me quoque a pueritia statim formare, laudare, talemque, qualis nunc uxori meæ videor, ominari solebas. Certatim ergo tibi gratias agimus; ego, quod illam mihi, illa, quod me sibi dederis, quasi invicem delegeris. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Nec- pro: Et non v. I. 4. *Neque* enim.	corpus meum paullatim occidit ac senescit, meine Leibes-Kräffte nehmen allgemach ab und schwinden.	*
	Non aliud decet - Elegantius, pro: Id ipsum decet. v. II. 17.	
	sanctus. züchtig.	
	parentis loco aliquam venerari, eine als seine Mutter ehren.	
	formare aliquem, einen ziehen, educiren.	
	ominor eum talem, ich prophezeye von ihm, daß er ein solcher qualificirter Mann werden werde. Notio *talis* emphatica. v. I. 6.	
	certatim, in die Wette.	
	invicem deligere, einander (mich für sie, und sie für mich) auserlesen, erkiesen. v. I. 13.	

EPIST.

Epist. XIII. (Lib. x. ep. 50.) Plin. C. Plinius TRAJANO Imp. S.

INtuenti mihi & fortunæ tuæ, & animi magnitudinem, convenientissimum videtur, demonstrare opera, non minus æternitate tua, quam gloria digna, quantumque pulchritudinis, tantum utilitatis habitura. Est in Nicomedensium finibus amplissimus lacus: Per hunc marmora, fructus, ligna, materiæ, & sumtu modico & labore usque ad viam, navibus, inde magno labore, majore impendio, vehiculis ad mare devehuntur. Sed hoc opus multas manus poscit: at hæ pro re non desunt. Nam

Ff. * | Mm. | Ss. *

Convenientissimum mihi videtur, mich däucht, daß es nicht undienlich sey.
demonstrare, angeben, vorschlagen. v. II. 4.
non minus, quam. v. II. 3.
æternitate. Zu *Plinii* Zeiten waren die *abstracta* in den *Titulaturen* der Kayser bereits gewöhnlich; weil die Kayser *Numina* hiessen, so legte ihnen die Schmeicheley auch göttliche Titul bey. Ed. Berolin.
quantum pulchritudinis. v. I. 4. multum gratiæ.
Nicomedia war die Haupt-Stadt in *Bithynien*, in welchem Königreich *Plinius Pro-Consul* oder Stadthalter war. Ed. Berolin.
materiæ, Bau-Holtz, ligna, Brenn-Holtz.
sumtu modico, mit mäßigen Kosten.
magno impendio, mit grossen Kosten.
manus, Synecdoche partis. Nostrates, viel Hände.
pro re, nach den Umständen der Sache. v. I. 32. *pro*.

&

& in agris magna copia est hominum, & maxima in civitate: certaque spes, libentissime aggressuros opus omnibus fructuosum. Supereſt, ut tu libratorem vel architectum, si tibi videtur, mittas, qui diligenter exploret, sitne lacus altior mari, quem artifices regionis hujus quadraginta cubitis altiorem esse contendunt. Ego per eadem loca invenio fossam a Rege percussam. Sed in-

Ff. * | Mm. | Ss *

Magna copia hominum, eine groſſe Anzahl Leute. Not. h. l. notio *copia*, de quantitate hominum. conf. C. Nepos Milt. l. 2. *numerus* hominum.

Supereſt, *ut*- Elegans connect. form. v. Cic. Ep. l. 19.

librator, der das Waſſer abwäget, wann es irgend wohin ſoll geleitet werden, ob es auch einen Fall habe. Edit. Berol.

si tibi videtur, ſo es dir beliebet.

altus, h. l. tieff.

contendere, bejahen.

fossam percutere, einen Graben ziehen.

Rege. Iſt vermuthlich ein König in *Bithynien* geweſen. Ed. Berolin.

certum,

certum, utrum ad colligendum humorem circumjacentium agrorum, an ad committendum flumini lacum; est enim imperfecta: hoc quoque dubium, intercepto rege mortalitate, an desperato operis effectu. Sed hoc ipso (feres enim me ambitiosum) pro tua gloria incitor & accendor, ut cupiam peragi a te, quæ tantum cœperant reges. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Incertum-scil. *est.* Ellipsis epistolaris v. l. 6.	colligere humorem circumjacentium agrorum, die umliegende Aecker absicken.	*cupiam* peragi- pro: *ut* peragan- tur- v. l. 15. esse te *voluit.*
	committere lacum flumini, die See in den Strom des Meeres leiten.	
	mortalitate interceptus est, der Tod hat ihn übereilet	
	desperatus est effectus operis hujus, die Ausführung dieses Wercks ist mißlich, nicht zu hoffen.	
	ferre aliquem ambitiosum, jemandes Ehr-Begierde mit Gedult tragen.	

EPIST.

Epist. XIV. (Lib. VII. ep. 1.) Plin.

C. Plinius Reſtituto ſuo S.

TErret me hæc tua tam pertinax valetudo, & quanquam te temperantiſſimum noverim, vereor tamen, ne quid illi etiam in mores tuos liceat. Proinde moneo, patienter reſiſtas. Hoc laudabile, hoc ſalutare admittit humana natura, quod ſuadeo; Ipſe certe ſic agere ſanus cum meis ſoleo. Spero quidem, ſi forte in adverſam valetudinem incidero, nihil me deſideraturum vel pudore vel pœnitentia dignum; ſi tamen ſuperaverit morbus, denuntio, ne quid mihi detur, niſi permittentibus medicis: ſciantque, ſi dederint, ita vindicaturum, ut ſolent alii, quæ negantur. Quin etiam cum peruſtus ardentiſſima febri, tandem remiſſus, unctusque acciperem a

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Hoc - hoc- Anaphora Plinii epiſtolaris. v. I. 15.	pertinax valetudo, eine lang anhaltende Kranckheit.	*
	ne quid illi in mores tuos liceat, „es mögte dich die Kranckheit von deiner „bisherigen Mäßigung und Gedult „abbringen. Edit. Berolin.	
ut ſolent alii, ſcil. *vindicare ea.* Ellipſis Plinii epiſtolaris. v. I. 6.	ſi *forte*, wenn etwa.	
	in adverſam valetudinem incidere, in eine Kranckheit fallen.	
	denuntio, ich ſage frey heraus, rund heraus.	
	Quin etiam. v. II. 9.	
	peruſtus ſum ardentiſſima febri, es hat mich ein hitziges Fieber gantz abgemattet.	
	remittitur, die Kranckheit läßt nach.	

medi-

medico potionem, porrexi manum, utque me tangeret, dixi, admotumque jam labris poculum reddidi. Postea cum vicesimo valetudinis die balneo præpararer, mussantesque medicos repente vidissem, caussam requisivi: responderunt, posse me tuto lavari, non tamen omnino sine aliqua suspicione. Quid (inquam) necesse est? atque ita spe balnei, cui jam videbar inferri, placide leniterque dimissa, ad abstinentiam rursus, non secus ac modo ad balneum, animum vultumque composui. Quæ tibi scripsi, primum, ut te non sine exemplo monerem: deinde, ut in posterum ipse ad eandem temperantiam adstringerer, cum me hac epistola quasi pignore obligavissem. Vale.

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Vicesimo valetudinis *die.* v. I. 2. *nullas* mihi *epistolas.*	potio, ein Tranck.	*
	tangere, sc. venam, an den Puls fühlen.	
	præparari balneo, non præparare semussare. mummeln, mit der Sprache nicht heraus wollen.	
Quid necesse est? Interrogatio Plinii epist. v. I. 2.	*non sine.* v. I. 36.	
	spem alicujus rei placide leniterque dimittere, sich stille und gelassen (ohne die geringste Mine einer Ungedult) die Hoffnung (die Begierde) einer Sache fahren lassen.	
Quæ tibi-pro: *Hæc* tibi. v. I. 23. *Quod* ut-	non secus, ac, nicht anders, als.	
	modo, kurtz zuvor.	
	animum vultumque componere ad- sein Hertze und Gebehrden neigen (zähmen) zu-	
	primum, deinde. v. I. 16.	
	non sine. v. I. 36.	

EPIST.

Epist. XV. (Lib. ix. ep. 37.) Plin.

C. Plinius Paullino suo S.

NEc tuæ naturæ est, translatitia hæc & quasi publica officia a familiaribus amicis contra ipsorum commodum exigere: & ego te constantius amo, quam ut verear, ne aliter, ac velim, accipias, nisi te Kalendis statim Consulem videro: præsertim cum me necessitas locandorum prædiorum plures annos ordinatura detineat, in qua mihi nova consilia sumenda sunt. Nam priore lustro, quanquam post magnas remissiones reliqua creve-

Phaedr. l. 4 Fab. 24.

Ff. Mm. Ss.

Non est tuæ naturæ, es ist wider deine angebohrne Leutseligkeit. Nec, &c. v. l. 23.

translatitius, gemein, geringe, wie zum Exempel die gewöhnlichen *Formuln*, die aus einem *Edict* in das andere gesetzet wurden; denn von solchem *transferre* ist dieses *translatitius*. Ed. Berolin.

aliter, *ac*, anders, als. v. C. Nepos Them. VI, 2.

Kalendis, scil. Januariis.

locare prædium, ein Land-Gut verpachten.

plures annos ordinare, auf viel Jahre einrichten.

lustro. Sie pflegten gemeiniglich auf 5. Jahr ihre Güter zu verpachten. Ed. Berol.

remissio, die Erlassung.

reliqua, die Reste.

runt: inde plerisque nulla jam cura minuendi æris alieni, quod desperant posse persolvi; rapiunt etiam, consumuntque, quod natum est: ut qui jam putent, se non sibi parcere. Occurrendum ergo augescentibus vitiis & medendum est. Medendi una ratio, si non nummo, sed partibus locem, ac deinde ex meis aliquos operi exacto-

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Nulla jam *cura* v. l. 2. *nullas* mihi *epistolas.*	Minuere æs alienum, von der Schuld etwas abtragen. persolvere æs alienum, die gantze Schuld abführen. quod natum est, was zuwächst, der Zuwachs. *ut* qui- pro: quippe qui. v. II. 16. se non sibi parcere, sie spareten es doch nicht ihnen selbst zum besten. mederi alicui rei, einem Dinge abhelffen, remediren. nummo locare, für eine gewisse Summa Geldes verpachten; partibus locare, so verpachten, daß man davon jährlich eine gewisse Portion der Früchte hebet. Ed. Berolin.	*

res

res, custodes fructibus ponam; & alioqui nullum justius genus reditus, quam quod terra, cœlum, annus refert. At hoc magnam fidem, acres oculos, numerosas manus poscit; experiendum tamen, & quasi in veteri morbo, quælibet mutationis auxilia tentanda sunt. Vides, quam non delicata me caussa obire primum Consulatus tui diem non sinat: quem tamen hic quoque ut præsens, votis, gaudio, gratulatione celebrabo. Vale.

Ff. * | Mm. | Ss.

Exactor, ein Eintreiber.
alioqui, sonst.
nullum justius genus reditus est, quam quod terra, cœlum, annus refert, es sind keine rechtmäßigere Einkünffte, als die, so das Erdreich, das Wetter und das Jahr einbringen.
acres oculi, scharffe Aufsicht.
numerosæ *manus*. v. II. 13. multæ *manus*.
non delicatus, unangenehm, verdrießlich. v. I. 3. *nec breve*.
obire diem, einen Tag begehen, celebriren.

me obire non *sinat*, pro: *ut* obeam- v I. 15. esse te *voluit*.

Epist. XVI. (Lib. v. ep. 16.) Plin.

C. Plinius Marcellino suo S.

TRistissimus hæc tibi scribo. Fundani nostri filia minor est defuncta: qua puella nihil unquam festivius, amabilius, nec modo longiore vita, sed prope immortalitate dignius vidi. Nondum annos quatuordecim impleverat, & jam illi anilis prudentia, matronalis gravitas erat; & tamen suavitas puellaris cum virginali verecundia. Ut illa patris cervicibus inhærebat! ut nos amicos paternos & amanter & modeste complectebatur! ut nutrices, ut pædagogos, ut præceptores, pro

Vf.	*Mm.*	*Ss.*
Qua puella-pro: *hac* puella- v. I. *Quod* ut-	*Tristissimus hæc tibi scribo.* Diese Worte machen einen halben *Hexametrum* aus. Ed. Berol. v. C. Nepos præf. §. 3.	*
*ut-ut-ut-*Anaphora Plinii epistolaris. v. I. 15.	defungi, das Zeitliche segnen.	
	qua puella *nihil festivius*, pro: hæc puella festivissima. v. I. 5. *nihil pigrius-*	
ut illa- Exclamatio Plinii epist. v. I. 15.	nihil *unquam.* Eleganter partic. *unquam* jungitur notionibus: *nemo*, *nullus*, *nihil.* vid. Cic. Ep. II. 10. nulla *unquam.*	
	anilis prudentia, eine Klugheit einer betagten Frau.	
	matronalis gravitas, eine Ernsthafftigkeit (Gravität) einer Matrone.	
	suavitas *puellaris.* v. I. 29. -ex diversis *ætatibus.*	
	inhærere cervicibus alicujus, einem um den Hals liegen, embrassiren.	
	modeste, züchtig, sittsam.	
	pro, nach. v. I. 32.	

suo

suo quemque officio diligebat! quam studiose, quam intelligenter lectitabat! ut parce custoditeque ludebat! Qua illa temperantia, qua patientia, qua etiam constantia novissimam valetudinem tulit! medicis obsequebatur, sororem, patrem adhortabatur, ipsamque se destitutam corporis sui viribus, vigore animi sustinebat. Duravit hic illi usque ad extremum, nec aut spatio valetudinis, aut metu mortis infractus est; quo plures gravioresque nobis causas relinqueret & desiderii & doloris. O triste plane acerbumque funus! O morte ipsa mortis tempus indignius! jam destinata erat egregio juveni, jam electus nuptiarum dies, jam nos vocati. Quod gaudium quo mœrore mutatum est? Non possum expri-

Ff.	*Mm.*	*Ss.*
Qua-qua-qua. Iterum Anaphora. v. I. 15.	Suo *quemque.* Eleganter jungitur pronom. *quisque* notioni *suus.* v. C. Nep. Attic. XI. 6.	*
	parce custoditeque ludere, wenig und dabey behutsam spielen.	
O triste-o morte- iterum Exclamatio. v. I. 15.	*Qua illa.* v. II. 12.	
	vigore animi se sustinere, durch seinen grossen und standhafften Geist sich aufrichten.	
jam-jam-jam- iterum Anaphora. v. I. 15.	usque ad extremum, bis ans Ende.	
	destinata hæc virgo est illi juveni, diese Jungfer ist diesem Jünglinge versprochen.	
Quod gaudium quo - v. I. 23. *Quod* ut-	*vocare*, laden, einladen. Proprium cœnæ verbum. v. C. Nepos Attic. XIV. 2.	
	gaudium mœrore mutatum est, die Freude ist in Leid verkehret.	
	non possum exprimere verbis. v. plura I. 3.	

mere verbis, quantum animo vulnus acceperim, cum audivi Fundanum ipsum (ut multa luctuosa dolor invenit) præcipientem, quod in vestes, margaritas, gemmas fuerat erogaturus, hoc in thura, & unguenta, & odores impenderetur. Est quidem ille eruditus & sapiens, ut qui se ab ineunte ætate altioribus studiis artibusque dediderit: Sed nunc omnia, quæ audiit sæpe, quæ dixit, aspernatur, expulsisque virtutibus aliis, pietatis est totus.

Ff. Mm Ss.

Vulnus, pro dolore. Metonym.

erogare pecuniam in margaritas, das Geld auf Perlen wenden, employren.

unguenta Weil die Römer mit allerhand köstlichem Räuchwerck und Salben die Cörper der Verstorbenen selbst, und dann auch den Holtz-Hauffen, wenn er angezündet wurde, pflegten angenehm zu machen. Ed. Berolin.

ut qui. v. II. 15.

ab ineunte ætate, von Jugend auf.

altioribus studiis artibusque se dedere, sich den Studiis und der Welt-Weisheit ergeben.

pietas. v. I. 12.

pietatis est totus, er übergiebt sich bloß der Ausübung der Liebe gegen seine verstorbene Tochter, und gedenckt an keine andere Tugend mehr. Ed. Berolin.

Lt

Et talis est pietas, cui ignoscas: laudabis etiam, si cogitaveris, quid amiserit. Amisit enim filiam, quae non minus mores ejus, quam os vultumque referebat, totumque patrem mira similitudine exscripserat. Proinde, si quas ad eum de dolore tam justo litteras mittes, memento adhibere solatium, non quasi castigatorium & nimis forte, sed molle & humanum. Quod ut facilius admittat, multum faciet medii temporis spatium. Ut enim crudum adhuc vulnus medentium manus reformidat, deinde patitur, atque ultro requirit: Sic recens animi dolor consolationes rejicit ac refugit, mox desiderat & clementer admotis acquiescit. Vale.

Ff.	Mm.	Ss.
Quod ut- pro: ut hoc- v. I. 23.	talis, notio emphatica. v. I. 6. talia.	*
	non minus, quam. v. II. 3.	
	non minus mores ejus, quam os vultumque refert, sie ist ihm sowol am Wesen und Humeur als auch am Antlitz und Gebehrden vollkommen ähnlich.	
	exscribere, abschildern, abcontrefeyen.	
	v. I. 24.	
	castigatorium. Nicht einen solchen Trost, da man ihm zugleich seine grosse Weichhertzigkeit verweisen wolte. Ed. Berolin.	
	crudum vulnus, eine frische Wunde.	
	clementer, sanffte, glimpflich.	
	acquiescere, stille seyn, sich zu frieden geben.	

Epist. XVII. (Lib. x. ep. 97.) Plin.

C. Plinius Trajano Imp. S.

SOlenne est mihi, Domine, omnia, de quibus dubito, ad te referre. Quis enim potest melius vel cunctationem meam regere, vel ignorantiam instruere? Cognitionibus de Christianis interfui nunquam: ideo nescio, quid & quatenus aut puniri soleat, aut quæri. Nec mediocriter hæsitavi, sitne aliquod discrimen ætatum, an quamlibet teneri, nihil a robustioribus differant; detur-

Ff.

Quis potest. Interrogatio Plinii epist. v. I. 2.

Nec pro: Et non v. I 4. *Neque enim-*

Mm.

Solenne est mihi, es ist meine Gewohnheit.

vel, vel, sowol, als auch. v. I 16.

cunctationem meam, wenn ich mich zu nichts entschliessen kan. Edit. Berol.

cognitio, h. l. die Inquisition.

quærere, untersuchen, inquiriren. Dictiones forenses.

non mediocriter. Elegantius, pro: valde.

hæsitare, Bedencken tragen, bey sich anstehen.

robustus, erwachsen, robust.

dare veniam pœnitentiæ, denen, welche Reue bezeugen, Gnade (Pardon) erth eilen. v. II. 18. conf. C. Nepos Them. X. I.

Ss.

*

ne

ne pœnitentiæ venia, an ei, qui omnino Christianus fuit, desisse non prosit: nomen ipsum, etiamsi flagitiis careat, an flagitia cohærentia nomini puniantur. Interim in iis, qui ad me tanquam Christiani deferebantur, hunc sum secutus modum: interrogavi ipsos, an essent Christiani: confitentes iterum ac tertio interrogavi, supplicium minatus: perseverantes duci jussi. Neque enim dubitabam, qualecunque esset, quod faterentur, pervicaciam certe & inflexibilem obstinationem debere puniri.

Ff.

Neque enim-pro: Et enim non- v. I. 4.

Mm.

omnino, en general, einmal.

flagitia. Dieselben Laster aber kunten nicht erwiesen werden, es wäre denn, daß sie aus der Verwerfung der falschen Römischen Götter solche *Crimina* hätten machen wollen, denn was sie ihnen sonst vorwarffen, waren gottlose *Calumnien.* Ed. Berolin.

deferre, angeben, denunciiren.

hunc sum secutus modum in iis, ich habe also mit ihnen verfahren, procediret

iterum, zum andern mal.

duci, sc. ad supplicium, hinführen lassen.

qualecunque esset, es möchte seyn, was es wolle.

pervicacia Hartnäckigkeit.

inflexibilis obstinatio, eine unbändige Halsstarrigkeit. So muste sich die edele und Christliche Standhafftigkeit scheiten lassen, oder gar *amentia.* Edit. Berolin.

Ss.

tertio, zum dritten mal. Singularis numerandi dictio, pro: *iterum*, *iterumque.* cf. C. Nepos Hannib. IV. 2. VI. I.

duci *jussi*, pro: *ussu* v. I. 15.

dubitabam debere puniri pro: *quin.* v. II. 13.

Fuerunt alii similis amentiæ: quos, quia cives Romani erant, annotavi in urbem remittendos: Mox ipso tractu, ut fieri solet, diffundente se crimine, plures species inciderunt. Propositus est libellus sine auctore, multorum nomina continens, qui negarent se esse Christianos, aut fuisse, cum præeunte me Deos appellarent, & imagini tuæ, quam propter hoc jusseram cum simulacris numinum afferri, thure ac vino supplicarent: præterea male-

Ff.

Mm

Cives Romani. Weil wegen des *legis Porciæ* und *Sempronæ* kein Römischer Bürger durffte an Leib und Leben angegriffen werden, sondern das *Exilium* war die gröste Straffe Ed. Berolin.

ipso tractu da man mit der *Inquisition* immer weiter gieng Ed. Berolin.

ut fieri solet, wie es zu geben pfleget.

plures species inciderunt, es sind unterschiedliche Fälle vorgekommen.

negarent se esse, pro: *dicerent*, se *non* esse. v. l. 6.

præeunte me, wenn ich ihnen vorsprach, wie sie unsere Götter anruffen solten, so sagten sie mir es willig nach. Ed. Berolin.

thure ac vino. Den Weyrauch musten sie auf die Kohlen oder ins Feuer werffen, und das erste von dem Wein, so sie truncken, muste auf die Kohlen oder ins Feuer gesprenget, und also den Göttern geopfert werden. Editio Berolinensis.

Ss.

jusseram afferri- pro: *ut* afferretur. v. l. 15. esse te *voluit.*

dicerent

dicerent Christo, quorum nihil cogi posse dicuntur, qui sunt revera Christiani. Ergo dimittendos putavi. Alii ab indice nominati, esse se Christianos dixerunt, & mox negaverunt: fuisse quidem, sed desisse, quidam ante triennium, quidam ante plures annos, nonnemo etiam ante viginti quoque. Omnes & imaginem tuam, Deorumque simulacra venerati sunt, ii & Christo maledixerunt. Affirmabant autem, hanc fuis-

Ff.

Quorum nihil pro: nihil *horum.* v. I. 23. *Quod* ut-

Mm.

quorum nihil cogi posse dicuntur, zu deren keinem sollen gezwungen werden können. Latinismus.

revera, in der That.

index, ein Angeber, denuntiant. v. C. Nepos Paus. IV. 4.

quidam, quidam, etliche, etliche.

etiam, ja. sequ. *quoque*

imaginem tuam. Zuerst wurden die abgelebten Kayser vergöttert von ihren Nachfolgern. Hernach kam es mit der Verehrung derselben auch bey ihren Lebzeiten so weit, daß man auch *per genium principis* schwören muste. Endlich wurden auch die *imagines* der noch lebenden Kayser verehret. Edit. Berol.

Ss.

nonnemo, pro: aliquis. Singularis, at elegans dictio. v. C. Nepos Dat. III. 3.

se

se summam vel culpæ suæ, vel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem convenire, carmenque Christo quasi Deo dicere secum invicem: seque sacramento, non in scelus aliquod, obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent: quibus peractis, morem sibi discedendi fuisse: rursusque coëundi, ad capiendum cibum, promiscuum tamen & innoxium: quod ipsum fa-

Ff.

Ne ne ne-ne- Anaphora Plinii epistolaris. v. I. 5.

Quibus peractis, pro: his peractis. v. I. 23.

Quod ut-

Quod ipsum- pro: hoc ipsum- Iterum v. l. c.

Mm.

hæc est summa culpa ejus, diß ist der Haupt-Punct seines Verbrechens.

vel, vel. v. I. 16.

stato die, an einem gewissen Tag. Dieses ist vermuthlich der Sonntag gewesen. Ed. Berolin.

ante lucem, vor Tage, bey der Nacht.

quasi Deo, als einem wahrhafftigen GOtt.

sacramento se obstringere, sich durch einen Eid verbinden.

fidem fallere, Treu und Glauben brechen.

depositum, ein vertrautes Gut.

cibus promiscuus, eine geringe Speise.

cibus innoxius, eine untadelhaffte Speise.

Ss.

cere

cere desisse post edictum meum, quo secundum mandata tua *hæterias* esse vetueram. Quo magis necessarium credidi, ex duabus ancillis, quæ ministræ dicebantur, quid esset veri & per tormenta quærere. Sed nihil aliud inveni, quam superstitionem pravam & immodicam: ideoque dilata cognitione ad consulendum te decurri. Visa est enim mihi res digna consultatione, maxime propter periclitantium numerum. Multi enim

Ff	Mm.	Ss.
*	*Hetæriæ*, i. e. *sodalitates*, Gesellschafften, heimliche Zusammenkünffte, wovor man sich allezeit in wohlbestallten Polyceyen gefürchtet hat. Ed. Berolin.	esse *vetueram* pro: *ut* essent- v. I. 15. esse te *voluit*.
	Quo magis. v. I. 7.	
	ministræ, i. e. Diaconissæ.	
	per tormenta quærere ex aliquo, einen durch die Folter examiniren.	
	nihil aliud, quam- v. II. 12.	
	cognitio. v. supra.	
	ad consulendum te decurri, ich habe mich bey dir Raths erholen sollen.	
	periclitari, Gefahr lauffen.	

omnis

omnis ætatis, omnis ordinis, utriusque sexus etiam, vocantur in periculum & vocabuntur. Neque enim civitates tantum, sed vicos etiam, atque agros superstitionis istius contagio pervagata est: quæ videtur sisti & corrigi posse. Certe satis constat, prope jam desolata templa cœpisse celebrari & sacra solennia diu intermissa repeti: passimque venire victimas, quarum adhuc rarissimus emtor inveniebatur. Ex quo facile est opinari, quæ turba hominum emendari possit, si sit pœnitentiæ locus.

Ff.

Neque enim-pro: Et enim non- v. l. 4.

Mm.

vocari in periculum, in Inquisition kommen.

contagio pervagatur regionem, die Seuche schleicht das Land durch.

sistere, hemmen, aufhalten.

satis constat, es erhellet, es ist klar.

celebrare templum, den Tempel fleißig besuchen, frequentiren. conf. C. Nepos Timol. V. 4.

sacra solennia, der öffentliche Gottesdienst.

venire, verkaufft werden.

adhuc. v. l. 10.

rarissimus. Freylich mochte das liebe *Interesse* auch viele gegen die Christen aufbringen. Ed. Berolin.

Ex quo facile est opinari. Elegans judicandi form. conf. C. Nepos Milt. VI. 1. in *Ff.*

turba hominum, ein Hauffen unruhiges Volck.

si sit pœnitentiæ locus, wenn die Reue Statt und Pardon findet.

Ss

*

Epist. XVIII. (Lib. x. ep. 98.) Plin.

Trajanus Plinio S.

Actum, quem debuisti, mi Secunde, in excutiendis caussis eorum, qui Christiani ad te delati fuerant, secutus es. Neque enim in universum aliquid, quod quasi certam formam habeat, constitui potest. Conquirendi non sunt: si deferantur & arguantur, puniendi sunt: ita tamen, ut, qui negaverit, se Christianum

Ff. (*Neque* enim- v. I. 4.

Mm.
sequi actum, sich eines Processes (Inquisitions-Processes) bedienen.
excutere caussam alicujus, jemandes Fehde abthun.
deferre aliquem, einen belangen, denuntiiren.
in universum, überhaupt, en general.
in universum aliquid constituere, eine allgemeine Anordnung, universal-Constitution, machen.
hoc quasi certam formam habet, diß ist gleichfalls eine sichere Richtschnur
conquirere, aufsuchen. Die Ursache dieses Befehls des *Trajans* war in den Römischen Gesetzen nicht gegründet, welche nur Strassen-Räuber, Diebe, Mörder, und allerhand böses Gesindel wollen aufgesuchet wissen, unter welche er selbst die Christen nicht rechnen will. Edit. Berolin.
negat se esse. Latinismus, pro: dicit, se non esse. v. plura I. 6.

Ss.
*

esse,

esse, idque re ipsa manifestum fecerit, id est, supplicando Diis nostris, quamvis suspectus in præteritum fuerit, veniam ex pœnitentia impetret. Sine auctore vero propositi libelli, nullo crimine locum habere debent. Nam & pessimi exempli, nec nostri seculi est.

Ff.

*

Mm.

Re ipsa, in der That.

id est. v. l. 5.

supplicando-Aus diesen Worten, wenn sie mit des *Plinii* Vorschlag zusammen gehalten werden, erhellet des *Trajani, in Panegyrico Plin.* so hochgelobte Bescheidenheit. Er spricht nur: *supplicando Diis*- und läßt also die Verehrung seines Bildnisses, dessen *Plin.* oben gedachte, gar weg, verlanget auch gar nicht das *maledicere Christo*, worauf *Plin.* in seinem *Proceß* mit zu dringen pflegte. v. *epist. anteced.* Edit. Berolin.

suspectus in præteritum est, er ist verdächtig von vorigen Zeiten. *in præteritum* æmulatur formulis: in posterum, in præsens.

veniam ex pœnitentia impetrare, durch Reue Gnade (Pardon) erlangen.

nullo crimine locum habet, es findet keine Beschuldigung Statt an ihm.


hoc est pessimi exempli, diß ist was gottloses, ungerechtes.

non est nostri seculi, ~~so gehts nicht zu unsern Zeiten.~~ Er will sagen, unter dem *Domitiano* pflegte es wol so zu gehen mit dergleichen *Delationibus*: Ich aber habe die Sache einmal für allemal abgeschafft, und will sie unter meiner Regierung nimmer dulden. v. *Plin. Panegyr. c.* 34. 35. Ed. Berol.

Ss.

*

FINIS.



Protasis. Memoria est excolenda.

Ael. Nam magnus eius usus est in studiis litterarum
amplificandis
1. a contrario. Cui non exorcent memoriam
ad discendum magis magisque incepti
reddantur
2. a similibus. Culter rubigine obducitur,
nisi adhibeatur.
3. ab exemplis. Ex vocta nostra gravem
aliquem producere, in quibus damnum
hoc manifestum est: nisi illis parcerem
qui maioris diligentiae mihi, quam
reverant
4. a testimonio. Notum verbum est:
Nil tantum scimus, quantum memoria
teneamus.

Epil. Quae omnia sunt eiusmodi, ut satis
clare demonstrent, quam necessarium
sit taveni litteris dedito, memoriae
excolendae etiam diligenter agere.

Plin. lib. III. ep. 10.
contendam aliquem in respondendum tota
in memoriam deducere. vndas mysteria audendo, dei
eligere disponere. vndiquo
singulorum ordinatorij in
intra vos bij mij
vt
in memoria excolui
Superna mortalis. das ander das wendt gott
non nullius indolis mirabilis spiritus, mitto. ij gotz vorbij
hiemes tirpla et assales terre. fisch w. Kälte erbrayn.
emendare laudibus. Lob bij Leyten
errore vexari. in gewissen Sachen.

Ihsh ejhm

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn81730147X/phys_0295
DFG

(Lib. x. ep. 98.) Plin.
anus Plinio S.

i, mi Secunde, in excutiendis
riſtiani ad te delati fuerant, ſe-
n univerſum aliquid, quod qua-
it, conſtitui poteſt. Conqui-
erantur & arguantur, puniendi
qui negaverit, ſe Chriſtianum

Mm.

, ſich eines Proceſſes (Inqui-
roceſſes) bedienen.
nuſſam alicujus, jemandes
thun.
nem, einen belangen, denun-
n, überhaupt, en general.
m aliquid conſtituere, eine
ine Anordnung, univerſal-
tion, machen.
ertam formam habet, diß iſt
ls eine ſichere Richtſchnur
aufſuchen. Die Urſache die-
ehls des *Trajani* war in den
hen Geſetzen nicht gegrün-
che nur Straſſen-Räuber,
Mörder, und allerhand bö-
ſindel wollen aufgeſuchet
unter welche er ſelbſt die
n nicht rechnen will. Edit.

Ss.
*

e. Latiniſmus, pro: dicit, ſe
v. plura I. 6.

eſſe,